gratie in via precedit ſtatum glorie in pa-
tria. ſm doctrinam ſaluatoris. Jccirco.b.
K Jo. euangeliſtā in verbo ꝓpoſito dupli-
citer cõmendatur. Et. Primo quantū
ad ſtatū meriti queȝ habuit in eccl̄ia mili
tante. Cum premittitur. Ego Joannes
qui interpretaē in quo eſt gratia qua me-
diante qlȝ mereē in via. de qua apoꝰ. ait.
Gratia dei ſum id ꝙ ſum ⁊c. Scđo quā
tum ad ſtatum p̄mij queȝ habȝ in eccleſia
triūphāte. Cū ſeqē. Uidi ciuitatē ſctā.ſ.
celeſtem patriam quādo fuit aſſumptꝰ in
pea ipſam in montem magnum ⁊ altum
in apoc. de qua ciuitate dī ibi. ꝙ nõ eget
neqȝ ſole: neqȝ luna ⁊c. Circa cõmen-
dationem bti Jo. inſiſtendo quantū ad
illum duplicē ſtatuȝ inducunē plures ar-
ticuli: Eius comendationis magnitudi-
1ꝰ arti. nem decorantes. Primus articulus ē
Quale fuit exordium ſue originis. Dī ꝙ
fuit germanus xp̄i conſanguineus p̄mus
ſicut Joannes bapª. ſecundus q2 filꝰ ſa-
lome: que fuit ſoror matris xp̄i. ſ. ē Ma-
ria cleophe: vt pȝ per Yſido. li°. ethicoꝝ.
Et ideo colligitur ad eius cõmendatiõeȝ
A Primo ꝙ fuit de gñe patriarcharuȝ
a quibus habuit fidem veram ⁊c. Se-
cundo fuit de genere ꝓphetarum a qui-
bus habuit ſapientiam claram. Tertio
fuit de genere regum a quibus habuit cle
mentiam in natam. Quarto fuit de ge
nere ſacerdotum a quibus habuit ſactita
tem perfectam. Jdeo de omnibus dicit
ſapiens. Jſti ſunt viri miſericordie. quo-
rum iuſticie obliuionem non acceperunt
2ꝰ arti. cum ſemine eoꝝ permanent bona ⁊c.
Secundus articulus eſt. Quale fuit
meritum ſue vocationis qua fuit vocatꝰ
a dño a maris litore ſicut petrus: vt dicitē
in Mat. ȝ ſit vocatio petri fuerit prior.
duritione tñ Joānes vocatus fuit prior
pfectiõe quadruplici rõne. Pº: q2 fuit
ſe: nus xp̄m in iuuentute. ſicut petrus in
ſenectute magis autē laudatur virtus in
iuuenibus. ꝙ̄ in ſenibus.q2 ſunt oēs incli
nati ad voluptates. ideo dicit Berſelaus
B ad dd.ij.Re. Nunqd vigent ſenſus mei
ad diſcernendum ⁊c.ſ. ꝓpter ſenectutem

Secundo q2 ſic in prima vocatione ſi-
cut petrus in ſa monitiõe fuit cõuerſus
vnde andreas frēr petrum informauerat
qui inuenit eum: ⁊ duxit eum ad ieſum: vt
dī in ioanne ⁊c. Tertio. Q2 petrus re
liquit ſolum bona fortune. ſ. nauim ⁊ re-
tia. ioannes autē non ſolum illa: ſed etiaȝ
ꝓpter xp̄o bona nature. ſ. patrem ſuuȝ: vt pȝ
in Mat. Quarto q2 non ſolum pro-
pter xp̄m dimiſit patrē. quē. ſ. adiuuabat
ſed ēt matrem quā nutriebat: ȝ mater bo
3ꝰ arti. nam habuerit patientiam: vt [illegible]
es [illegible]. Tertius articulꝰ ē. Quale
fuit p̄conium ſue deſponſatiõis. Fuit eius
ſua virginitas. ſicut Marie ex hoc cõſecra-
ta. q2 matrimonio adiuncta. Unde no
tandum ē ꝙ in ſacra ſcriptura. inueniūē
quatuor virginitates conſecrate. Quarū.
E Prima fuit xp̄i. q2 fuit informata ſa-
cramento incarnationis ꝙ eſt ſuper om-
nia alia ſacramenta. Scđa fuit Ma-
rie que fuit conſecrata matrimonij ſacra
mento cum ioſeph viro ſuo. Tertia fuit
ioſeph ne matrimonium virginis pona
tur dandicare a ſumma perfectione.
Quarta eſt virginitas ioannis euangeli-
ſte que fuit conſecrata ſacramento matri
4ꝰ arti. monij qđ dñs confirmauit per ſuam p̄-
ſentiā ⁊c. Quartus articulus ē. Quā-
tum fuit priuilegium ſue familiaritatis
ad xp̄m. Et dī ꝙ in quatuor myſterijs
dominus ſingularē familiaritatē oſtēdit.
Et. Primo in myſterio ſue transfigu-
rationis q2 quando. ſ. voluit ſuam gl̄iam
manifeſtare non aſſumpſit niſi pe. ia ⁊
io. i mõte. Secūdo. Jn myſterio reſur-
rectionis quando voluit puellā a mor-
tuis ſuſcitare. tunc non aſſumpſit ſecum
niſi illos tres apoſtolos vt habetur i euā
gelio. Tertio. Jn myſterio ſue oratiõis
quando eum voluit ſecrete orare tp̄e ſue
paſſionis illos tres tñ ad archanum ſue
orationis admiſit ⁊c. Quarto. Jn my
ſterio ſue finalis predicationis in cena.
q2 petrus qui preceteris ſe diligebat in cena
non fuit auſus interrogare de proditoris
pſona. niſi mediāte ioāne: vt pȝ in euan-
gelio. ideo appellatus ē in euāgelio diſci

Secundo ordinis archangelorum.qꝛ vocauit angelos qd pertinet ad archangelos ſcribens ſeptem angelis ſeptē eccleſiarum.vt pꝫ in apoc. Tertio ordinis virtutum ꝓpter miracula ⁊ mirabilia q̄ fecit vt paruit ſupra. Quarto ordinis principatuum.qꝛ principes eccl̄ie.ſ. ap̄los vocauit.⁊ illuſtrauit.ſicut faciunt principatus de mundi principibus ⁊c̄. Quinto ordinis ptātum ad quos pertinet arcere demones:qꝛ fuit ei dictum. Dedi vobis ptātem calcandi ſupra virtutem inimici ⁊c̄. Sexto ordinis dn̄ationū ad quos pertinet diſtinguere dn̄ationes ⁊ prelationes eccl̄ie in ſorte ſibi commiſſas. ⁊ diſtinxit ad modum ierarchie angelice. Septimo ordinis thronoꝝ in perſcrutatiōe diuinorum iudiciorum.qꝛ audiuit que locuta ſunt ſeptē tonitrua. hec tamen non ſcripſerit.ꝓpter malos vbi erant occulta dei iudicia vt colligitur ex apoc. Octauo ordinis cherubin:qꝛ illuminauit ſingulariſſime eccl̄iam ſua doctrina preceteris apoſtolis vt pꝫ in euangelio ⁊ ep̄lis ſuis.⁊ apoc. vbi fuerunt ei ineffabilia ac mirabilia reuelata. Nono ordinis ſeraphin ꝓpter ſuperhabundans incendium charitatis. Et per ꝯñs omnium aliorum habuerit felicitates.vt pꝫ per Dio. de angelica ierarchia. Ad quas felicitates nos perducat ſuis meritis ieſus xp̄s. Amen.

De eodem ſermo tertius.

Gratia ⁊ veritas per ieſum xp̄m facta ē ⁊c̄. Joh̄nis p°. Iſtud verbum creditur fuiſſe Joh̄nis baptiſte vt ex textus ſerie declarat̄. Qꝛ vero Joh̄nes interpretatur in quo ē gratia.ſm̄ Hiero.⁊ dictus ioannes euangeliſta inuenit grām ſingulariter in conſpectu dn̄i noſtri ieſu chriſti. vt narrat textus euangelij.ideirco ad eius laudem declarandam aſſumitur verbum illud. In quo quidem verbo anima beati ioannis ſanctiſſima dupliciter demonſtratur illuſtrata.ſ. Primo quantum ad ſuam perfectionem ſupernaturalem.qꝛ ſupmōdū alter eleuata. Cū ꝑmittitur. Gratia ⁊ veritas ⁊c̄. Secundo quantum ad ſuam perfectionem naturalem qua fuit ſupmodialiter inceſſe producta.ſine termino formali. Cum ſequitur. Per ieſum xp̄m facta eſt.i.hec anima creata fuit.de quib⁹ perfectionibus duab⁹ inducitur illud io. p°. Accepimus grām pro gratia. Accepimus gratiā naturalis perfectionis. ꝓ gratia ſupernaturalis infuſionis.i.gratiam gratis datam. propter grām gratum facientem quaꝝ vtraqꝫ perfectiſſime floruit in beato ioanne euangeliſta. vnde ſancti tatem perfectam ⁊ excellentem.btūs dio. appellat ipſam aīam ſanctā in quadā epiſtola ad ipſum in pathmos directa. ceteri aūt dicunt̄ ꝯñter corpora ſācta: ſed ille ſingulariter aīa ſancta ꝓpter excellentiam ſanctitatis. Quia grā b.io.commendat̄ ſub nomine grē.ideirco ad eius gratiā declarandam.conſiderandi ſunt ſui ſtatus in quibus inuenitur diuina grā.in eo ſingulariter clariuiſſe. Et. Primus fuit ſtatus ſue gn̄ationis naturalis. in quo ſuit ei collata gratia.vt naſceretur de ſtirpe regia dauid.in qua ꝓpter xp̄m fuit omnis natio benedicta.qꝛ aūt ipſe fuerit ex illa progenie ꝓbat̄ p iſido.in li°.tri.vbi de ſcribit originem ſuam. In illa aūt progenie fuit vna radix ſanctiſſima.ſ.b. Anna que ꝓpter celſitudinē ſue ſanctitatis vocat̄ a damaſceno laude digna ex qua nouem plante ſanctitatis pullularunt.

- Prima quaꝝ fuit Maria mater domini primogenita eius.
- Secunda fuit Maria cleophe.
- Tertia fuit Maria ſalome.
- Quarta fuit ſanctus ſanctoꝝ xp̄s.
- Quinta fuit Jacobus minor.
- Sexta Simon apoſtolus.
- Septima Judas apoſtolus.
- Octaua Jacobus zebedei.
- Nona Joh̄nes euāgeliſta. Ex Maria cleophe. Jacobus minor.Sed ex Maria ſalome.ioh̄.natus fuit. Et ſic.b.ioan. euangeliſta habuit p°. Auiā ſanctā ⁊ matrem ſc̄o duas amitas ſanctaſ.ꝫ alteram ſanctiſſima ꝫ° quatuor conſanguineos ieſus. ⁊ vnus ſanctus ſctōꝝ.⁊ vnicum fratrem ſactum.ſ.ſcīm iacobum maiorem. In

[illegible]

[illegible]



[illegible]

¶ In feſto circũciſionis. Dñi noſtri ieſu xpi. Sermo primus.

Poſtq̃ cõſummati ſunt dies octo vt circũcideretur puer vocatum ẽ nomen eius ieſus ꝛc. luc. 2°c°. Quia ĩ iſta ſacratiſſima ſolemnitate in xpo due ſacratiſſime [illegible] fuerunt celebrata. Quarum. Primum fuit. Carnis circumciſio in qua fuit vetus teſtam̃ꝭ [illegible] tum. [illegible] circumciſionem in [illegible] [illegible] ipſoꝝ in [illegible] vt ait Augu.

Secundum fuit. Noĩs impoſitio quantũ ad hoĩem in qua fuit noui teſtam̃ꝭ initiatum: q̃ ab illo tpe nominis impoſitio que [illegible] fiebat in circumciſione [illegible] fuit ad baptiſmum. vt pꝫ in [illegible] conuerſione. Ideo [illegible] Lucas euãgeliſta ſimul [illegible] [illegible]

[illegible]



[illegible]

ca ſua. c. ij. Scribo vobis peccata dimit
tu̾ per nomen eius ꝛc. Tertia eſt. ꝙ in
virtute iſtius nois. Merita cumulantur:
qꝛ nullus digne ꝓfert illud nomen quin
in illa prolatione efficiat̃ dignus vita eter
na: ſicut actus de cõdigno meritoꝛi⁹. Nã
ſicut dicit. apoſ. coꝛ. xij° cap° ꝙ nemo põt
dicere dñs ieſus niſi in ſpũ ſan. oẽs enim
actus q eliciunt̃ a ſpiritu ſan. dñi ſunt ſic
meritoꝛij. Quarta ẽ. ꝙ in virtute iſti⁹
ſ nois p̃mia eterna largiũt̃ qꝛ diſtãdo dat̃
p illud. ſcꝫ nomen ſicut pronunciauit pro
pheta di. Omnis q inuocauerit nomẽ do
mini ſaluus erit. Vñ dicit Petrus actu.
4° Quod nõ eſt aliud nomẽ datũ ſub ce
lo hõi in quo opoꝛteat nos ſaluos fieri ꝛc.
ƺ.cõſi. Duodecima conſideratio eſt. Que ſũt
iſtius nominiſ ꝓconia. Dĩ ſit ꝙ iſtõ nomẽ
C hꝫ conditiones quattuoꝛ. qꝛ. Primo ẽ
demõibus terribile qꝛ demones iſtud no
men expaueſcentes clamabãt dicentes qd
nobis ꝛ tibi fili dꝫ quare veniſti ante tem
pus toꝛquere nos. math. 13°. Secundo
eſt oĩbus amabile: qꝛ nimis vtile. vnde
paulus iſtius nois dulcedine ꝑuentus ipꝫ
in ſuis epl̃is circa qngentas vices dicitur
intermiſiſſe. Tertio. eſt angelis venera
bile di. apo. ad hebꝛe. p° cap°. ꝙ ieſus tãto
melioꝛ eſt angelis effectus q̃to differenti⁹
ꝑ illis nomẽ hereditauit. vñ ad philip. 2°
dicit̃. ꝙ in noĩe ieſu omne genu flectat̃ ce
leſtiũ ꝛc. Quarto eſt. Mundo admi
rabile: qꝛ fuit ap⁹ ꝯdi aſſumptũ. di. apoc.
19. ꝙ xp̃s cui hoc nomẽ eſt impoſitum
eſt deus p oĩa bñdictus. Et iſtud nomen
poꝛtabũt oẽs ſancti q ſunt i patria ſcriptũ
in frontibus ſuis. vt habet̃ apoca. 22. cap°
videbũt faciẽ eius ꝛ nomẽ ſuũ ſcriptum
in frontibus ſuis. Qð nos ieſus eterne
re faciat precibus ſue matris ꝛ meritis.
Qui viuit ꝛ regnat in ſecula. Amen.

¶ In feſto Epyphanie dñi ieſu xp̃i.
Sermo primus

Vidimus ſtellam eius in oriente
ꝛ venimus adoꝛare eum. math.
2. ca. Quia feſtũ epyfanie di
citur feſtũ ſtelle. Jdcirco ad eius declaratio
nẽ aſſumit̃ ꝯdũ propoſitũ. ſicut in ierar̃
angelica ſm Dio. de ang̃ ierarchia ſunt
duo ſup̃mi oꝛdĩes. ſ. ſeraphi ꝛ cherubi: ſic
in ierarchia mõaſtica ſic ſunt due ſup̃me
ꝯtutes. ſ. intellect⁹ ꝛ volũtas. Jſtis oĩb⁹
rñtes. Nã cherubin viget in intellectua
li ſapiẽtia ꝛ ſeraphin in affectiuali amici
cia: ꝛ qꝛ iſti tres reges ad xp̃m venientes
habebãt ambas ierar̃ ꝑfectas Jdcirco eorum
perfectio principaliter attendit̃ quantum
ad iſtas duas potentias. primo quantum
ad intellectualẽ virtutẽ. qꝛ premittit̃ vidi
mus ſtellã ei⁹ ꝛc. Videre. n. ꝑtinet ad intel
lectualẽ potẽtiã. ideo dicit Jo. in cano. ſua
qð vidim⁹ teſtamur. Scðo quãtũ ad affe
ctiuã volũtatẽ cũ ſeqt̃ ꝛ venim⁹ adoꝛare
eũ. Adoꝛare enĩ ptinꝫ ad volũtatẽ: idõ di
cit̃ in p̃s. Adoꝛabim⁹ in loco vbi ſteterũt
pedes eius. ſ. affectiones ei⁹. Aut poteſt di
ci ꝙ ꝑfectio iſtoꝝ regũ ſeu magoꝝ vel eo
rũ ſanctitas dupliciter declarat̃. Pri
mo quantum ad virtutes vere ſapientie:
que eſt nobiliſſima inter intellectuales iu
xta illud xp̃i bti oculi q vidẽt q̃ vos videt̃
Cum premittitur. Vidimus ſtellaꝫ. Stel
la iſta fuit veritatis magiſtra ꝛc. Se
cundo quantũ ad virtutem deuote latrie
que eſt perfectiſſima inter moꝛales. Cum
ſequitur. Venimus ado. eum. Sicut enĩ
adoꝛari eſt peruerſi idolatri. Sic adoꝛa
re deum eſt deuota latria. idõ. dĩ p̃s. Om
nes tũ adoꝛabũt ꝛ illi ſoli ſeruiet. Qꝛ
igit̃ p̃ns ſolẽnitas ſub noĩe ſtelle ẽ introdu
cta. Jdeo circa iſtam ſtellam ſunt plura
myſteria pertractanda. Quoꝝum. Pri
mum Myſ. ẽ. Qualis fuit iſtius ſtelle na
tura. Vnde ſciendũ ẽ ꝙ in quolibet artifi
cio ad naturã eius cognoſcendam inqui
rit̃ de de quadruplici cauſa. Jta hic Et.
Primo de cã naturali. Vbi ſciẽ ꝙ licꝫ
deus eam creare de nihilo potuerit. ſicut
aliam. tñ formauit eã de aliqua poꝛtiõe re
ſeruata de illa nubecula lucida. de qua in
principio formauit ceteras ſtellas. vt no
tatur. 2. ſniaꝝ. vt ꝯſiſtꝫ originem cũ cete
ris habeat. Jnquiritur ſ. Scðo de cã foꝛ
mali. De qua dĩ a qbuſdã ꝙ nõ fuit ve

p^m myſ

D



ra ſtella. ſed ſilitudine tñ: contra quos. b.
Greg. in moꝛ. dicit ꝙ ſigna fidei nře fũt
veriſſima: ideo veritas ſũma per ſigna fi
ctiua monſtrari nõ dꝫ. ꝛ idõ hũit verũ foꝛ
mã ſtelle. licꝫ ſꝫ Aug. fuerit ceteris pulchri
oꝛ. Jnqritur ꝛ Tertio de cã efficiente
de qua dixit aliqui ꝙ myſterio angeloꝝ
fuerit foꝛmata. Cõtra quos Aug. ſuper
geñ. ꝯtra manicheos oñdit ꝙ coꝛpoꝛa ce
leſtia nõ potuerunt foꝛmari ꝯtute angeli
ca a p̃n° ꝛ maxime in ſignificando xp̃i na
tiuitatẽ niſi ab ipſo deo ꝛ idõ iſtã ſicut alias
ſolus deus ſuis manib⁹ foꝛmauit. 4°
de cã finali. Et dĩ ꝙ fuit confirmatio fidei
nře vt d̃ xp̃i incarnatiõe teſtioniũ phiberẽt
creature ſuperceleſtes ꝛ angeli ꝛ ſtelle. ſicut fa
ctum fuit in paſſione ei⁹ creature celeſtes
ꝛ terreſtres teſtimoniũ perhibuerũt. quia
ſol terrã lapides. ſm. b. Greg. vñ d̃ ipſo
p° teſtificati ſunt angeli. 2° celi 3° pater 4°
demones 5° vẽti 6° mare 7° terra 8° ſol
9° reſurgẽtes. io. hic in carne viuentes. ſ.
apl̃i. Sed qd finaliter factũ fuerit de iſta
ſtella. Dicendum ꝙ expleto myſterio
fuit adnihilata: Sed quia de hoc enim
non inuenitur de aliqua creatura incoꝛ
ruptibili aut materia de qua fuerit facta
talis reſolutio fuiſſet res inſolita. ideo di
cũt aliqui ꝙ alicubi ſit reſeruata. ſicut di
citur de ſignis paſſionis xp̃i. Jſta ſtel
la fuit pulchꝛioꝛ ꝛ illuſtrioꝛ ceteris ſtellis
celi ſm Aug. ꝛ fuit de ipſa prophetatum
in numeris. dĩ. Balaam Orietur ſtella
ex iacob ꝛ conſurget virga ex iſrael. ſ. xp̃s
ꝑfiguratus p ipſaꝫ. ꝛ percutiet duces moab
ij^m m^z ideſt principes infernales ꝛc. Secun
dum Myſterium eſt Que fuit iſti⁹ ſtel
le figura. Et dicitur ꝙ iſta ſtella figurauit
iſtam ſtellam mariſque deſcenderat inuel
lere. que de ſeipſa dicit. Ego ſum ſtel
la ſplendida ꝛ matutina. Jntelligen
dum eſt ꝙ chꝛiſtus per iſtam ſtellam di
citur ſtella matutina quadruplici ratio
ne. Prima qꝛ iſta ſtella eſt omnium
ſtellaruꝫ ſplendidiſſima. ideo vocatur no
mine luciferi p̃mi angeli qui fuit clarioꝛ
omnibus aliis ſm Jſi. Jta anima xp̃i fuit
omnium preclariſſima ex ſumma ſapien
tia vltra omnem rationalem creaturam
illuſtrata. ſm Aug. ſuper Mat. ꝛc.
Secundo quia iſta ſtella eſt ardentiſſi
ma. ꝛ ideo dicitur venus. quia incentiua
amoꝛis quemadmodum xp̃s dilexit nos.
ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſangui
ne ſuo. vt ait pe. dicente domino Maio
rem charitatem nemo habet ꝛc. Ter
tio. quia iſta ſtella eſt humidiſſima ad in
fluendum humoꝛes beniuolos. ſm aſtro
logos. Sic anima xp̃i fuit humiliſſima.
vt patuit in cruce. ꝛ miſericoꝛdiſſima. nõ
pro ſua moꝛte. ſed pꝛo noſtra humanita
te ſanguinem ſuum fudit ſm apoſtolum
vnde dicebat iudeis. Miſericoꝛdiam vo
lo ꝛ non ſacrificium ꝛc. Quarto quia
iſta ſtella eſt omnium ſtellarum maxima:
vt patet ad ſenſum. Jta ꝛ anima xp̃i eſt
maioꝛ anima que vnquã fuerit creata.
quia ſm Augu. in ſubſtantiis ſpiritualí
bus iſta eſt maioꝛ que eſt melioꝛ. ſed ani
ma xp̃i eſt omnium animarum precioſiſ
ſima. vt dicitur tertio ſententiarum erga
ꝛc. Jſta autem ſtella matutina fuit ſi
militma ſtelle q̃ apparuit magis. vt habet̃
ex dictis beati Aug. Et ideo ipſa bene fi
gurabat chꝛiſtum qui fuit quaſi ſtella ma
tutina in medio nebule: dum eius anima
fuit circumuelata moꝛtali coꝛpoꝛe. de qua
eccli. 5. Tertium myſterium eſt. Quã
ta fuit iſtius ſtelle refulgentia. Dicitur
autem ꝙ eius refulgentia quadrupliciter
declaratur. Primo quidem ex excel
lentia ſingulari: quia quanto viſibile eſt
excellentius tanto oculis infirmis eſt inui
ſibile. Et ſicut ſe habet oculus noctue ad
lucem ſolis ꝛc. propterea oculi noſtri nõ
poſſunt attingere ad lucem diuinitatis.
Jſta autem ſtella fuit ita ſplendida. vt ab
oculis infidelium videri non poſſet. ſed
ſolum magis fidelibus apparebat vt pꝫ i
euangelio. Secundo ex illuminatione
naturali. qꝛ ſicut ſol iſte illuminat ſenſum
non tamen intellectum qui eſt ipſo ſenſu
lucidioꝛ in natura. Jſta autem ſtella non
ſolum illuminauit ſenſum regum. ſed
etiam intellectum dum eis natiuitatis re
uelauit ſacramentum ꝛ cetera.

3^m myſ

ſ

Et ſm hoc iſte quatuor cauſe requirūtur
ad iſtius ſacramenti integritatem.
Primo. Cā materialis iſtius ſacri ē.
Aqua fontium benedictoꝝ ab xp̄o quan-
tum ad bñ eſſe. ſꝫ omnis aqua naturalis
quātum adeſſe. qꝛ in tali materia. xp̄s hoc
ſacr̄m inſtituit. vt habetur io. 3°. Secū-
do. Cā formalis: ē illa que eſt a xp̄o tradi-
ta. Mar. 28. c. Euntes inquit. docete om-
nes gentes baptizantes eos ꝛc. Dicitur
tñ ꝙ quandoqꝫ in iſta forma fuit diſpen-
ſatum. quādo baptizabant ſolum in no-
mine xp̄i act. 20. creditur factum ex reue-
latione ſp̄us ſancti ad nomen xp̄i efficaci⁹
diuulgandum. Tertio. Cā efficiens
quātum adeſſe eſt vir omnis homo cuiuſ-
cūqꝫ ſexus. aut religionis. aut infidelis.
qꝛ ſicut ſacramentum eſt cōmuniſſimum:
ita requirit miniſtrum cōmuniſſime ſum-
ptum. Et ideo ſcti beati Cypriani repre-
hēditur. qꝛ baptizabat. baptizatos ab he-
reticis. Quarto. Cā finalis vt inten-
dat miniſter facere qđ facit eccleſia aut qđ
xp̄s inſtituit. quāuis forte non credat. qꝛ
ſi intendat ludere aut fingere nihil faceret
eo ꝙ baptiſmus hēat finem determinatū
vt habetur act. 2. teſtimonio petri apoſto-
li. Et quando concurrunt iſta quatu-
or. tūc ē ſalubris baptiſmus. vnde dicit. b.
pe. in prima canonica ſua. c. 3°. ꝙ ſicut in
4us art. archa Noe ſunt ſalue facte octo anime p
aquas. Ita in eccleſia ſaluos facit baptiſ-
mus. Quartus articulus eſt. Quot
modis iſtud ſacramentum fuit inſtitutum.
E Et dicitur ꝙ in diuina ſcriptura legim⁹
iſtud ſacramentum fuiſſe inſtitutum mo-
dis quatuor. Et. Primo per modū
particularis remedij. qꝛ dicunt aliq ꝙ in
ve. teſtō circūciſio eſſet ſolū p maſculis
ꝯtra originale peccatuꝫ nō debuit priuari
femine⁹ ſexus remedio ſufficienti. iđ dice-
bāt ꝙ mulieres baptizabātur in illa die
qua naſcebātur. vnde dī ezechielis. 16. ca°.
ciuitatis ſcē ſub no'e mulieris chananee
in die qua nata ē nō ē pciſus vmbilicus
eius. ꝛ in aqua nō ē lota in flumine vt
ſupponit xp̄pheta. ꝙ mulieres fideliū q̄
naſcebātur in flumine lauabātur. Se-
cūdo fuit inſtitutus p modū cuiuſdā figura-
lis preambuli. qm̄ Tertiꝰ iohānes de deſer-
to. predicās baptiſmuꝫ pñie miſſus a deo.
vt hētur Luc. 3. Sꝫ baptiſmus iſte non fu-
it niſi quoddā preambulum ad verū xp̄i
baptiſmū ꝛ figura eius. ſicut ipſe teſtatur
io. 3. c°. Tertio fuit inſtitutus per mo-
dum ſalutaris conſilij. ſicut quando xp̄s
incepit baptizare. ꝛ diſcipulos ad bapti-
zandum ordinare. vt habetur io. 3°. ꝙ nō-
dum erat circūciſio euacuata. nec noua
lex impoſita. ꝛ ideo tantū cadebat iſte bapti-
mus ſub conſilio. nec etiam legimus ꝙ
adhuc forma verborum baptiſmi fuiſſet
expreſſa. Quarto fuit inſtitutum per
modum vniuerſalis precepti. vtpote cir-
cūciſi veteri lege. per xp̄i mortem. quādo
poſt reſurrectionem xp̄s apparens eis di-
xit Mar. 15. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹
fuerit ſaluus erit. qui vero non credide-
rit condemnabitur. nullus autem dampna-
tur niſi pro transgreſſione precepti ꝛc. 5us art.
Quintus articulus eſt. Vbi iſtud ſa-
cramentum fuit inſtitutum. Dicitur au-
tem ꝙ eius inſtitutio per modum prece-
pti fuit principalis. ꝛ iſta ſola fuit in mō-
te oliueti. ſicut habetur Mar. vlt°. qꝛ quā-
do xp̄s voluit celum aſcendere. tunc de-
dit iſtud preceptum. Qui crediderit ꝛc.
ꝛ ipſe aſcendit de monte oliueti. ſicut do-
cet. b. Luc. act. p°. c°. Intelligendum ē
tamen ꝙ iſte mons fuit quadruplici my- F
ſterio illuſtratus. Et. Primo myſte-
rio orationis. qꝛ in eo xp̄s conſueuerat p-
notando orare vſqꝫ ad diluculum. ſicut
habetur. io. 8. vnde cum actus orationis
ſanctior ꝙ actus predicationis pro eo ꝙ
ad ſuperiora ſic hic reſpectu inferiorū tra-
hit. ideo xp̄s in die in templo docebat. ꝛ
nocte in hoc monte orabat. ꝛ ſua oratio-
ne plus conſecrauit hunc montem ꝙ tem-
plum. Secundo myſterio ſue paſſionis
in iſto enim monte paſſio domini inchoa-
ta fuit pro eo ꝙ fuit ibi xp̄s captus ꝛ liga-
tus cum illuc facta cena exiſſet ad orandū
vt habetur Luc. xxij. ca°. Tertio my-
ſterio aſcenſionis. qꝛ de loco quo xp̄s aſcē-
dit in celū fuit mons iſte vt ꝙ Luc. act. p°.



Quarto myſterio dominice regreſſio-
nis: vt prenunciantes: vt quando xp̄s veni-
et ſupra montem iſtuꝫ. vnde aſcendit. vñ
zach. propheta loquens de aduentu xp̄i
ad iudicium di. c. 14. ꝙ pedes eius erūt
ſtantes. ſupra montem oliueti. vt ſigni-
ficat ſa generatio vt patuit infra iudicium
erit. i. iudicium. ſicut fuit prima generatio
in ſtatura. i. baptiſmus. Sicut enim bap⁹
eſt prima generatio: ita iudicium erit ſcđa
generatio in qua omnes reſurgent. di. do-
6us art. mino Mat. 19. In generatione cuꝫ ſede-
rit filius hominis ꝛc. Sextus articulus
ē. Quando iſtud ſacramentum fuit inſti-
tutum. Dī ꝙ poſt xp̄i reſurrectionem. qñ
fuit aſcenſurus ad patrem. vt hēt Mat.
vlt. ꝛ Mar. vlt°. Et ſic pꝫ ꝙ iſtud ſacra-
mentum fuit inſtitutum feria quīta. quan-
do dī regnare iupiter. qui eſt planeta be-
niuolus. ſic iſtud ſacramentum fuit ſūma
xp̄i beniuolentia inſtitutum ad noſtram
ſalutem. Intelligendum eſt tamen ꝙ
D iſta dies inuenit in diuina ſcriptura qua-
druplici myſterio conſecrata. Et. Pri-
mo myſterio Dñice benedictionis. iſta
enim die conſueuerunt adeo benedici oēs
creature. que ex aqua fuerūt originate. ſi-
cut habetur geñ. j. ꝛ ideo fuit congruum
vt eodē die qua a quaꝝ gen⁹ fuit benedi-
ctum in aqua inſtitueret ſacramentuꝫ qđ
ſanctificat omnes qui regenerantur ex aqua
Secundo myſterio dñice oblationis
iſta enim die xp̄s fuit in templo oblatus.
ꝛ a matre virgine pñtatus. qꝛ quando di-
es natiuitatis eſt in dñica. purificatio ve-
nit feria quīta. ꝛ tamen conſtat ꝙ xp̄s fuit
in dñica natus. ſicut feria ſexta. paſſus ꝛ
annunciatus ex dictis. b. Aug. in libro de
tri. Tertio fuit cōſecrata myſterio dñi-
ce conſecrationis. qꝛ xp̄s diuiniſſimum ſa-
cramentum eucharistie inſtituit. quīta fe-
ria. qꝛ pridie ꝙ pateretur. ꝛ prius ꝛ ipſe paſ-
ſus eſt in paraſceue feria ſexta. ſm̄ quatu-
or euangeliſtas ꝛc. Quarto fuit conſe-
crata myſterio dñice aſcenſionis. qꝛ xp̄s
aſcēdit in celum feria quīta. qꝛ feria quīta
ē dies. xl. a xp̄i reſurrectiōe. ꝛ ideo iſta die
xp̄s eſt aſſumptus in celum. ſicut teſtatur
Luc. act. p°. dignum enim erat vt ſic i lo-
co ſacro. i. vt in die conſecrato inſtitueret
ſacramentum illud per qđ noſtre anime
deo conſecrantur ꝛc. Septimus articu-
lus eſt. Quare iſtud ſacramentum fuit i- 7us art.
ſtitutum. Et dī ꝙ quatuor rōnes colligū-
tur ex diuina ſcriptura. Quarū. Pri-
ma ē. Ad nouitatem legis oſtēdēdaꝫ. ſicut B
enim antiqua lex veteribus ſacramentis
erat ornata ita decuit vt noua lex. nouis
ſacramentis eēt decorata. ꝛ quia cum res
abluitur ab aliquo renouat. Ideirco ad
hominis renouationem inſinuādam in-
ſtitutum ē iſtud ſacramentum baptiſmi i
aque ablutione. vnde dicit apoſtolus ad
Gal. vj°. In xp̄o ieſu neqꝫ circunciſio ali-
qđ valet: neqꝫ preputium ſed noua crea-
tura. Secunda ē. Ad antiquam circū-
ciſionis penalitatem tollendam cum eniꝫ
ſacramentum circunciſionis non foret re-
medium contra originale. niſi alteri ſexui
vt lex noua que eſt cōſūma. vlt remediū
haberet inſtitutum fuit ſacramentum ꝙ
vtrique ſexui: ꝛ omni etati. ꝛ genti foret o-
portunum cuius vilitatem deſcribēs apo-
ſtolus ad Gal. 3°. dicit quicunqꝫ in xp̄o
baptizati eſtis. chriſtum induiſtis ꝛ ſequi-
tur. non ē maſculus neqꝫ femina. omnes
enim vos eſtis vnum in xp̄o ieſu ꝛc.
Tertia ratio ē. Ad ianuam regni cele-
ſtis aperiendam. lꝫ enim principale pecca-
tum per circunciſionem in veteri lege de-
leretur. ſicut nunc per baptiſmū ꝛ gratie
quādā remiſſio conferreretur. tamen nul-
lum perducebat ad glīaꝫ qꝛ adhuc ianua
erat clauſa. ꝛ ipſa aperitur per ſacramen-
tum baptiſmi vt quicunqꝫ baptizat⁹ poſ-
ſit libere ingredi. vnde dī apoc. 3°. cuidaꝫ
baptiſmate conſecrato. licet infirmo. Ec-
ce dedi coram te hoſtium apertum ꝛc.
Quarta ratio ē. Ad euidentiorem ſi-
gnificationis plenitudinē exprimendaꝫ. qꝛ
cum ſacramenta diuina. illud ſignificent
qđ efficiūt. tanquā ſpecia ꝛ ſigna. bap⁹ cla-
rius ſignificat ſuum effectum. qui ē ablue-
re animaꝫ a peccato. ꝙ circunciſio. quia
ablatio corporalis ſignificat melius emē-
dationem ſpūalēꝫ ꝙ renouatio alicuius

12ꝰ art. Duodecimus articulus ē. Qualia ſūt
iſtius ſacramenti ſolēnia. Et dōm ꝙ pre-
miſſis aliis duabus ſolēnitatibus ad ba-
ptiſmum. ſ. exorciſmo quod fit ad repellen
das aereas poteſtates. Et cathecîſmo q
fit ad diſponendum. propter fidei virtu-
tes ſequuntur cerimonie quatuor que in ſa
cramento ſeruari debent. Ex quibus col
E liguntur quatuor documenta. Et. Pri
mum ē ad orientem conuerſio. qꝛ iſte qui
baptizabat in primitiua eccl'ia fidem ſu-
ſcipiens conuertebat faciem ad orientem
ſm̄ b dio. de eccl'iaſtica ierarchia. in quo
datur intelligi pro eo ꝙ oriens ē fons di
uerſus luminis. poſt qḋ prima illumina-
tio fidei fit in baptiſmo. vnde cum in cete
ris ſacramētis requiritur aliqua deuotio
hic ſufficit ſine obice ſola fides ꝓpter qḋ
eunucho querenti a philippo qs prohibz
me baptizari rn̄dit. Si credis ex toto cor
de. lz act. 8. c. Secundum ē totalis i-
merſio. Solent enim corpa que baptizā-
tur non ſolum ablui. ſz etiam in aqua to
taliter imergi. ſicut corpus xp̄i in ſepul-
chro fuit incluſum cuius ſepultura figu-
ra ē ſubmerſionis iſtius. ſicut ſcribit apo
ſtolus ad ro. 6. c. cum ſepulti enim ſumus
cum xp̄o per baptiſmum. vt in nouitate
vite ambulemus. Tertium ē. Trine i
merſionis replicatio. qꝛ q baptizatur tri-
bus vicibus imergi ſolet. ſicut xp̄s tribuſ
diebus latuit in ſepulchro ad exemplum
ione in ventre ceti. lateantis per triduū
Mat. xiij. Quartū ē. Crucis ꝯſigna
tio que fit inuocatione ſancte trinitatis.
qꝛ baptiſmus totam ſuam virtutem ⁊ ef
ficatiam habet a paſſione xp̄i profluente
aqua de xp̄i latere dormiētis in cruce io.
x. Ideo dicit paulus ad ro. vj. c. ꝙ quicū-
qz baptizati ſumus in xp̄o. in morte ipſi
13ꝰ art. us baptizati ſumꝰ ⁊c. Tertiuſdecimꝰ
articulus ē. Quot ſunt iſtius ſacramenti
ſignacula. Dī autem ꝙ anima ſacramen
tum baptiſmi digne ſuſcipiens conſigna
tur quadruplici ſignaculo ſubordinate.
Et. Primo ſignaculo caracteris di-
ſtinguentis. qꝛ in ſacramēto baptiſmi. ſz
b. dio. de eccl'iaſtica ierarchia. Imprimit̄
caracter in anima ⁊ ē indelebilis forma.
Secundo ſignaculo fidei illuminātis F
qꝛ infunditur ei fides ſupnaturalis. ſicut
notatur in. 4. ſñiaꝝ ⁊c. Tertio ſigna
culo gratie atqꝫ ptum facientis. qꝛ cū om
nia ſacramenta noue legis conferant gra
tiam. Gratia baptiſmalis ē poſt effectus
iſtius ſacramenti. Quarto ſignaculo i
nocentie decorantis: qꝛ cum bapꝰ ablu-
at omnia peccata. vīr ſtatuit perfectam ⁊
integram innocentiam. Et iſta ſigna-
cula ordine gradato ſe habent quantū ad
remotionem. Primo qꝛ perfecta ⁊ in-
tegra innocentia aufertur per peccatum
venialitatis culpe. qꝛ nullum peccatū ve
niale vel mortale ſecū patitur integra in-
nocentia. ideo dicebat moyſes domino
exo. 32. c. nullus per ſe eſt innocens apud
te. Secundo gratia remouetur p pec-
catum cuiuſlibet mortalis iniuſtitie. qꝛ lz
gratia gratum faciens. non auferatur p
peccatum veniale. tamen totaliter aufer
tur per mortale. ⁊ ideo dd. poſtquam la-
pſus fuerat in peccatum mortale. dicebat
redde mihi letitiam ſalu. tui. in pſalmos
⁊c. Tertio remouetur fides per ſolum
peccatū perfidie. qꝛ lz gr̄a p quodcūqz pecca
tum. ſ. mortale amittatur. tamen fides nō
amittit' ꝗntūcūqz mortaliter pec'cat niſi
fit pcū ꝫ fidē. qꝛ lz fides ſtare poſſit cū in
iuſticia. non tamen cum pfidia ſibi cotra-
ria de quibus oſtendit apoꝰ ad thi. p. in ſi
delibus nihil ē i mundum. Quarto ca
racter qui ē primum ſignaculum per nul
lū. n. peccatum deleri poteſt. vnde ipſum
vocant theologi ſignum indelebile. alio-
quin ſi poſſet per peccatum deleri. oporte
ret ad eius reparationem baptiſmum ite
rari. cuius oppm̄ patuit. Iſtud ſignum ē
ſtud. de quo habetur apoc. 9. ꝙ hñt ho-
mines poteſtate demonum erepti i frō-
tibus ſuis in ſuperiori portione rōis ⁊c.
14ꝰ art. Quartuſdecimus articulus ē. Qua-
lia ſunt. vel fuerunt baptiſmi. Miracu-
la dī autē ꝙ in xp̄i baptiſmate fuerunt
quatuor miracula. Ex quibus colligūt' cir
ca ſacramentum baptiſmi quatuor docu-
menta. quorum. Primuz Miraculū



fuit. Celi apertio. dū enim xp̄s a ioanne
baptizaretur celi apti ſunt ſup eū Mat.
A 3. c. Ex quo colligimus documētum ꝙ in
ſacro baptiſmi apitur regenerātis ianua
celi. ita ꝙ ſi tūc moriuntur ſtatī euolant
eū p baptiſmuz qlz abſoluatur a pena. ⁊
a culpa. ſm̄ pmiſſa. Secundū fuit. dei
patris locutio. qꝛ audita fuit vox patris
loquētis ⁊ di. hic eſt filius meus dilectꝰ.
Ex quo colligitur documentū ꝙ qcunqz
baptizati filij. dei efficiunt' p adoptionez
ſz illud qḋ habetur Io. p. c. Quotquot aūt
receperunt eum dedit eis poteſtatem filios
dei fieri hijs ⁊c. Tertium fuit ſpūſſan-
cti appitio. qꝛ in colūbe ſpē. ſpūſſanctus
deſcendit ⁊ manſit ſup xp̄m ibidem. Ex q̄
colligitur documentū ꝙ cuicūqz per ba
ptiſmū regenerato conferuntur dona ſpi
ritusſancti. qꝛ ſicut Ioānes baptizauit tā
tum in aqua. ita pnunciauit xp̄i baptiſ-
muz futuꝝ in ſpū ſancto. Luc. 3. c. di. Ego
baptizo vos in aqua. iſte autē baptizabit
vos ſpū ſancto ⁊c. Quartū fuit ſup-
naturalis motio. qꝛ mox vt xp̄s fuit bapti
zatus fuit impulſus ſupnaturaliter ad in
grediendū deſertuz. vt dī Mat. p. c. qꝛ
ſtatī vt fuit baptizatus ſpūs impulit eū
in deſertuz. Ex quo colligitur documen-
tuz ꝙ illi qui ſunt renati ſacro baptiſmi
inclinantur ſupnaturaliter ad operandū
bonuz. ſm̄ illud apoſtoli qui ſpū dei agū
15ꝰ ar. tur hij filij dei ſunt ad ro. 8. c. Quin-
tuſdecimus articulus ē. Qualia ſunt gr̄e
baptiſmalis pconia. Et dī ꝙ. 5. Quorū.
Primum ē ꝙ gr̄a illa habet coniun-
ctam virginitatē aīe. qꝛ ſicut virginitas
conſtat in nō fuiſſe carne corruptam. Ita
ſpūalis virginitas cōſiſtit in eo. ꝙ ē aīaz
poſtq̄ renata ē. non fuiſſe infectā. Et illḋ
ſibi non conuenit niſi quādiu conſeruat'
gr̄a baptiſmalis. ſine labe peccati morta-
B lis ipſam totā obtinentē. Et iſta virgini-
tas ē multo pcioſior. ꝙ corporalis quāto
natura ē magis digna. Quēadmodū vir
ginitas hoīum precellit virginitatem bru
toꝝ. Et ſz illam dicit. b. Iero. ꝙ ſemp
ē angelis cognata virginitas. qꝛ natura
eoꝝ nunq̄ fuit peccato infecta. Secun
dū ē ꝙ iſta gr̄a habet' annexam ſibi ſtabi
litatē. qꝛ qñ eſt aliqs hoſtis qui timet ni
mium ſupari non ita audet inuadere il-
lum q nunq̄ fuit ſupatus. ſicut illum qui
qñqz fuit victus cuius expertus ē infirmi-
tatem. inimicus aūt vī propter ſupbiam
ſuā nimiam. ita timet ſuperari. vt ſñia fue-
rit patrum antiquoꝝ. vt ſemel victus de
aliquo nunq̄ de eodē temptaret. Et ideo
qꝛ exñs in gr̄a baptiſmali. nōdum fuit ſu
patus. timet ipſuz hoſtis impugnare. ne
ſuccūbat. ⁊ ita ſtat firmus. vt dicit. b. Ia.
in canonica ſua. Reſiſtite diabolo ⁊ fugi
et a nobis. Tertiū ē ꝙ iſta gr̄a habet
ſibi annexam facilitatē. qꝛ quicūqz p pec
catum mortale gr̄am illā amiſit pronita
tem ad malum ex actu peccādi acquiſiuit
cuz ex multis actibus prauis hitus generē
tur inclinantes ad maluz ⁊ qꝛ habēs gra
tiam baptiſmalem taliter non peccauit.
nec p ꝯñs acquiſiuit talē inclinationez fa
cilius opatur opus bonum ſine reſiſtētia
habitus vitioſi. vñ deprauatis pp malā
conſuetudinē dī Iere. 13. Si mutare pōt
ethiops. pellē ſuam. aut p dus varietatē
ſuā. ita ⁊ vos poteſtis benefacere. cū didi
ceritis maluz. Quartū ē ꝙ iſta gratia
habet ſecū annexaz ſecuritatem pro eo ꝙ
qlz poteſt eē certior de gr̄a baptiſmali. ſz 8ꝰ art.
poſtea non ē ſibi conſcius de peccato mor
tali q̄ de gr̄a pniali. pp hoc in ſacramen
to baptiſmi. ſine omni contritione infun
ditur gr̄a. dum tñ non ponat obicē. In
ſacro vero pnie attritio ⁊ contritio requi F
runtur. de quibus non pōt ita certitudia
liter ſciri quando ſunt ſufficientia. ⁊ ideo
btūs Iob. qui gr̄am pmam ſeruauerat.
que nunc ē baptiſmalis de ipſa ſecurus
exñs dicebat non reprehēdit me cor meū i
omni vita mea. 27. c. Quintū pconi-
um ē ꝙ iſta gr̄a habet felicitatem ſibi an
nexam ⁊ debitam ſpālem. qꝛ ſi virginibꝰ
ꝓmittitur aureola ſm̄ integritatē carnis
concomitātē conſenſu mentis qꝛ ꝓpoſi-
tum caſtitatis nunq̄ fregerūt multo ma-
gis debetur illis q caſtitatis mentalis ⁊
ſpūalis ſigillum nunq̄ amiſerunt. Cum
virginitas anime ſit nobilior ſicut corra

pro peior. vnde virginitas anime beati Iob. de qua dictum fuit. qui tamen non fuit virgo. ſm corpus iuſte preſertur virginitati Io. euangeliſte qui virgo extitit in corpore in xpi paſſione dr̄ peccaſſe mortaliter ⁊ per conſequens ſpūalem amiſiſſe virginitatem. Et ideo illis magis debetur aureola quātū ad iſtud. Et de iſtis virginibus dr̄ apoc. 3°. ꝙ non inquinauerunt veſtimē ta ſua. quibus in baptiſmo fuerant decorati. Et ideo ambulauerunt mecū ī albꝭ. qꝛ digni ſunt ⁊c. Sextuſdecimus articulus eſt. Quare xp̄s fuit baptizat᷒. Di-

16us ar.

autem ꝙ ſolent aſſignari. v. rōnes. quarū.

Prima vt exemplum nobis daret qꝛ in moralibus magis mouent facta q̄ verba. vnde dicit apoſtolus. j. cori. 4. Non enim in ſermone eſt regnum dei. ſed ī virtute. ⁊ ideo xp̄s vt ceteros inclinaret efficacius ad ſacramentum baptiſmi percipiendum voluit ipſe baptizari. Secūda

E

eſt vt equitatem oſtenderet. quia iuſtitie ratio exigit ꝙ qſqs ius in alteruz ſtatuerit ipſe eodem iure vtatur. Et per iſtam rationem condemnauit nathan. dd. 2. Re. 12. cum propoſuerit iudicium. Et qꝛ xp̄s iſtā legē pro omnibus inſtituere voluit. ideo eā in ſeipſo. ſm equitatis regulā ſumpſit ⁊c. Tertia eſt vt humilitatem doceret qꝛ cum baptizans ſit ſuperior baptizato tanq̄ patrinus ⁊ pater ſpūalis xp̄s ī hoc ꝙ a io. ſuſcepit baptiſmū hūiliauit ſe. iō ioānes baptiſta dicebat illud Mat. 3°. recuſans xp̄i ad ſe humiliationem. Ego a te debeo baptizari. ⁊ tu venis ad me. ⁊ ideo xp̄s ſubiecit ſe ſuo inferiori qđ eſt gradus ſūmus humilitatis ⁊c. Quarta eſt. vt nobis conformis eſſet. Si enim iudeis voluit ſe conformari in circumciſione vt non eſſet diſſimilis patribus. multo magis xp̄ianis in baptiſmo quorū eſt princeps exercitus. vnde dicit apoſtolus ad hebr. ij°. ꝙ xp̄s debuit fratribus per omnia conſimilari vt miſericors fieret ⁊c. Quinta eſt vt xp̄s ſanctificaret aquas. ſicut eīm ſuo ſanguine ſanctificauit crucem ⁊ mundum. Ita ex contactu mundiſſime carnis ſue ſanctificauit aquas. ⁊ tribuit eis virtutem regeneratiuam. Et pro iſta ſanctificatione dr̄ yſ. 12. Haurietis aquas de fontib᷒ ſaluatoris. i. a ſaluatore ſanctificatis.

Decimuſſeptimus articulus ē. Qualiter xp̄s fuit baptizatus. Circa quē articulum ponuntur quatuor veritates principales. Quarum. Prima eſt. Qđ xp̄s nō videtur fuiſſe baptizatus in forma baptiſmi quā tenet moderna eccleſia. qꝛ illa forma fuit inſtituta Mat. vlt°. poſt xp̄i reſurrectionem. ⁊ iſta non videbatur io. baptiſta cum ſui baptizati rebaptizarentur.

17us ar.

D

Secunda eſt. Qđ xp̄s non fuit baptizat᷒ ī forma baptiſmi quā tenuit eccleſia primitiua. qꝛ illa fuit in nomine ieſu xp̄i. habetur act. x. ſicut nūc fit in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Et ideo non videtur conueniens ꝙ xp̄s baptizaretur in nomine ieſu xp̄i ⁊c. Tertia eſt. Quod xp̄s non fuit baptizatus in forma baptiſmi ioannis cōi. qꝛ ſicut colligitur ex euangelio. dicunt ſancti cōmuniter ꝙ. b. io. baptiſta in nomine venturi baptizabat non eſt autē veriſimile ꝙ xp̄s baptizaretur ī nomine ſui ipſius venturi poſtq̄ iaz venerat. Unde ſicut requiritur diſtinctio inter baptizantem ⁊ baptizatum vt nullus poſſit baptizare ſeipſum. ita videtur requiri neceſſario inter baptizatum ⁊ eum in quo nomine baptizatur. ſicut inter principium a quo ⁊ effectum. Quarta veritas eſt. Qđ xp̄s fuit baptizatus ſub aliqua forma ſpeciali diuinitus reuelata beato ioāni: qꝛ ſi fuiſſet baptizatus: ſine vlla forma. tunc fuiſſet pura ablutio. ⁊ non ſacramentum cuius oppoſitū dicit. b. Ambro. Et ſi ibi fuit aliqua forma verborū opꝫ ſm premiſſa ꝙ fuerit ſpecialis cum ſcdm predicta alie fuerint excluſe que ſūt cōmunes que autem fuerit iſta videtur cōmuniter ignorari. Sed oritur dubiuꝫ qꝛ ſi xp̄s non fuit ſm eandem formam baptizatus vt ceteri xp̄iani. cum circunciſus fuerit ſicut ceteri iudei magis ergo voluit aſſimilari ipſis q̄ nobis. ꝯtra premiſſa nec tunc dedit exemplum. Dr̄ autē ꝙ lꝫ non fuerit eadem forma tranſiēs. fuit tamen eiuſdem rōnis eo facti generaliter



.ſ. caracter. qꝛ eiuſdē rōnis creditur infuſus xp̄o ⁊ ceteris xp̄ianis. vt idē ſignuꝫ ſit ducis ⁊ exercitus. Et forte caracter fuit alterius rōnis in iudeis. Ad argumētū factū in principio q̄ōnis. Dī ꝙ mō preceptori xp̄s ſuſcepit baptiſmū. q̄ ipm precepit alijs. aut docuit. Et iſtud ſufficit. imo ſuperhabundat ⁊c.

## In feſto ſcē Agnetis ỽ. ⁊ mar.

Enerūt nuptie agni ⁊ vxor preparauit ſe apoc. j°. c°. Ad cuius vbi declarationē ē intelligēdū ꝙ qſi aliqđ mrīmoniū ꝯhitur. Circa puellā que deſpōſat ꝯtingunt quatuor mutationes. Quarū. Prima ē. qꝛ talis puella a ꝓprijs parētibus ſeqſtratur. qꝛ deſinit eſſe in ptāte parētū. ⁊ icipit eē in ptāte viri. ſicut docet in diuina ſcriptura nūeri 30. 3. vbi dī ꝙ puella q̄diu ē in domo pr̄ia votū eius ē in ptāte pr̄is. Si aūt nupta fuerit eſt ei᷒ votuꝫ in ptāte viri: ⁊ nō pr̄is ⁊c. Scđa ē. qꝛ alijs parētibus copulatur qꝛ ex tali deſpōſatione ꝯhit affinitatem cū parentibus viri. ita ꝙ cū eis ꝯhere nō valeat ſm aliquos gradus vt docet ſcriptura diuina. leuit. 18. c°. hō ad primam ſui non accedet vt reuelet turpitudinē eius ⁊ infra. Nec accedas ad vxorem eius q tibi affinitate ꝯiungit.

E

Tertia ē. qꝛ talis puella a propria nobilitate expoliatur. Cuius rō eſt mutatio pſone eo ꝙ a proprijs parentibus ſequeſtratur. vnde ſi filia regis plebeio nubat. nobilitate regia puat. vñ ſcribit leuit. 22. ꝙ filia ſacerdotis nupta cuicunqꝫ ꝺ ppło fuerit. de his q̄ ſanctificata ſūt ⁊ de primitijs nō veſcet. Quarta ē. qꝛ talis puella ad altā dignitatē aſſumit. qꝛ viri parentibus copulat. vñ ſi filia ignobilis nubat regi vel filio regis aſſumit ad regiā maieſtatē. ſic patuit ī heſt. q̄ rex aſſuer᷒ voluit eē reginā cū eēt de hūilibus pētib᷒ nata. Heſt. 2°. Amauit eā rex plusq̄ oēs mulieres. habuitqꝫ grām corā eo ſup oēs mlieres poſuit diademā regni ī capite ei᷒ ⁊c. ⁊ tñ fuit de hūili parentela. ⁊c. Iſtis aūt premiſſis .q. quatuor ꝑambul' ſequitur vna ratio. que in diuina ſcriptura inuenitur expreſſa. Et ē. Qđ qñ aliqđ mrīmonium ꝯhitur puella a viri cognatione nūcupatur. vnde yſ. 4. Mulieres ſeptem apprehendēt virū vnū in die illa dī. panē nrm comedemus ⁊c. Et ſequit tñmodo inuocetur nomē tuum ſup nos. Et qꝛ in iſto ſacro matrimonio. in quo dei filius beate A. fuit deſpōſatus ſpōſus fuit agnus. Idcirco decuit vt in nuptijs iſtis virgo illa dicet Agnes ab agno. q. cognominata a ſuo ſponſo. Et ideo ad iſtius virginis cōmendationem cognomen eſt declarandum conuenienter aſſumitur verbuꝫ iſtō Uenerunt ⁊c. Sed attendendum eſt. ꝙ ad nuptiarum bene eſſe duo requirunt pricipaliter. ſ. Primo ꝙ perſona ſpōſe ſit precioſis iocalib᷒ ornata. Secūdo ꝙ perſona ſponſi ſit dignis natalibus illuſtrata. Et qꝛ in preſenti matrimonio p°pſona ſpōſi fuit illuſtrata nobilib᷒ natalibus. ideo premittitur. Uenerunt. Iſte quippe agnus eſt eterni dei filius de quo dicitur apoc. 5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere poteſtatem virtutem diuinitatem ſapiam honorē fortitudinē gliam ⁊ benedictionē. Scđo qꝛ p pſona ſpōſe .ſ. btē agnetis fuit adornata pcioſis iocalibus. Et iō ſequitur. Et vxor eius ⁊c. pro qua vxore pōt accipi illud apoc. xxj. dī. angelo ad. b. ioānē veni oſtēdam tibi ſpōſam vxorē agni. Ubi ē intelligenduꝫ ꝙ hic facit diām inter ſpōſaꝫ ⁊ vxorē agni alio qn faceret nugationē. cū dicit ſpōſaꝫ vxorē. Qꝛ ſpōſa dī qñ mrīmoniū eſt iniciatū ſꝫ vxor qñ ē ꝯſumatū. Mrīmoniū autē iniciat p aiorum ꝯſenſum. ſꝫ ꝯſumat per corpoꝝ aſſociationē. Nūc autē btiſſima agnes nō ſolū fuit ſpōſa agni p votū virginitatis emiſſuꝫ. ſed et fuit vxor. qꝛ poſt votū virginitatis corpi xp̄i fuit aſſociata. vñ ſicut refert btūs Amb°. iā corpi meo corpus eius ſociatū ē. ⁊ ſanguis eius ornauit genas meas anulo ſuo ſubarrauit me ⁊c. Circa primā partē thematis. Eū dī. Uenerūt nuptie ⁊c. Eſt itelligēdū ꝙ. 7 nuptie l᷒ agni dſcribūt ī ſacā ſcriptura. Et

1ᵉ nup̄ꝫ Prime nuptie. ſunt iſte in quibus ma
ter dn̄i cum ioſeph fuit aſſociata Mat. j.
Cum eēt inquit deſponſata ⁊c̄. Iſte autē
nuptie dicunt̄ agni non ꝙ ex ipſis fuerit
xp̄i gn̄io in ſe facta. ſed q2 quo ad hoies ex
A ipſis fuit genere honeſta xp̄i. vnde Am
bro. ſup Luc. tangit quinqꝫ rōnes quare
iſti agno nuptie celebrate fuerīt. Quarū.

Prima fuit q2 xp̄s ſicut fidelis magiſ
voluit apud infideles ſuā natiuitatē ma-
niſeſtare ꝙ. ſ. natus fuerit p ꝓpagationē
q̄ matris caſtitatē violare ꝙ ſi mater cō
cepiſſet potuiſſet p fornicationeꝫ diffama
ri. ſi non deſponſata peperiſſet. vnde di-
cit. Maluit aliq̄s de ſuo ortu. q̄ de ma-
tris pudore dubitare. nec putauit or⁹ ſui
fidem matris iniurijs aſtruendam ⁊c̄. vi
qꝫ ad apicem ſecunditas. Secunda fu
it. q2 non docuit vt mulieribus infami
bus mater dn̄i foret in exēplū. vnde dicit
ſic. Non docuit virginibus ſiniſtra opio
ne vīnentibus excuſatiōis velamē relin
qui. ꝙ īfamata mater dn̄i videretur ⁊c̄.

Tertia ē. q2 teſtimonium ioſeph ſpōſi
erat ſufficientiſſimū ꝓ virgīs caſtitate cū
ipſe nutriret filium quē ſciebat. ſe non ge
nuiſſe. ꝙ non ſec ſīet. niſi matris caſtitatē
noūiſſet. vnde dicit ſic qm̄ locupletior te
ſtis caſtitatis extitit maritus qui poſſꝫ do
lorem iniurie vendicare obprobriuꝫ. ſi co
gnouiſſet violatum ſacramētū. Quar
ta rō eſt. q2 docuit malis hoībus velamē
excuſationis aſſeri: ne ſe poſſent excuſare.
de xp̄i perſecutione. vnde dicit ſic. Quid
iudeis: quid herodi poſſet aſcribi ſi natū
ex adulterio perſequi videretur. Quin
ta rō eſt. vt diabolus deciperet circa iſtud
myſterium. ſicut primo deceperat qui ptū
innupte virgīs potuiſſet habere ſuſpectū
vnde dicit ꝙ non mediocris cā fuit fallē
di p̄ncipem mundi ⁊c̄. Secunde nup̄ꝫ
2ᵉ nup̄ꝫ ſunt ī quibus natura humana fuit v̄bo
copulata. de quibus ſꝫ ex pōꝫ dn̄i. 66. in
telligitur qd̄ ſcribitur Mat. xxij. Simile
eſt regnum celorum hoī regi qui fecit nu
ptias filio ſuo ⁊c̄. Intelligendum ē tn̄
ꝙ ſacr̄m incarnationis xp̄i. de quo nunc
B agit̄ recte nuptijs ꝯparatur rōne quadru

plici. Quarum. ſ. Prima ē q2 vincu
lum matrimoniale eſt vinculuꝫ vnionis
maximum inter vniones humanas. vnde
excedit vinculum vnionis patris ⁊ mr̄is
cum prole di. ſcriptura gen. 2ᵒ. ob q̄ eīm
dimittet homo patrem ⁊ matrem ⁊c̄. qd̄
deīn replicat ſaluator in euangelio. Ita
vinculum vnionis verbi. cum natura hu
mana ſibi deſponſata eſt ſuppremū inter
vincula cuncta creata ꝙ. b. Ber. inducit
di. ꝙ iſta vnio tenet a rōne inter omnes
vniones citra illā qua vniuntur tres ꝑ
ſone in vna natura diuina ⁊c̄. Secun
da ē. q2 ſicut nuptie fiunt inter p̄cipes p⁹
longam diſſenſionem. vt pax poſſit firm⁹
reformari. vnde vulgo dī ꝙ bella p̄nci
pum. vaticinantur cōnubia. Ita iſta ſa
cra vnio fuit facta ad pacem firmandam
inter deum ⁊ hoies qui fuerāt ad inuicem
diſcordes. ideo dicit ap⁹ ad ephe. ij. ꝙ ip
ſe ē pax noſtra que fecit vtraqꝫ vnum. ſ.
natura vtraqꝫ vnita in eodem ſuppoſito
⁊c̄. Tertia ē. q2 ſicut Nuptie ꝓcurant̄
affectuoſe ⁊ ſollicite puellis nobilibus a
parentibus ⁊ fratribus. quando habent
deſponſari regibus. q2 in hoc honorant̄.
ditantur ⁊ extollunt̄. Ita iſte nuptie fue
runt a ſanctis angelis diligentiſſime ꝓ
curate. ſicut pꝫ Luc. j. loquente angelo
ad dn̄i matrem. Iſti aūt angeli ī hac
deſponſatione ſublimati fuerunt. q2 ſunt
frēs germani animarum rōnabiliuꝫ que
ab eodeꝫ patre ſunt ꝓducte. ⁊ eadem ma
tre ſpūali ad eius imagine facte. Et ideo
quando aīa rōnalis xp̄i fuit verbo vnita
tunc ſoror eorum extitit deſponſata ⁊ non
mirum ſi de hoc gaudebant Luc. ij. facta
ē cum angelo multitudo celeſtis laudan
tium ⁊ di. glīa in altiſſimis ⁊c̄. Quar
ta ē q2 ſicut in nuptijs ꝑparat̄ cibus pro
ſponſa quanto fieri poteſt delectabilis vt
eius animus alliciat̄ ad ſponſi complacē
tiam. ita in iſta b̄ndicta incarnatione ma
xime vt anima xp̄i fuit verbo deſponſata
p vnionem ypoſtaticam fuit fruitione di
uine eſſentie ⁊ glorificata perfecta viſione
ſicut dicit p̄: pheta dauid. Saciabor cū
apparuerit gloria tua. Tertie nuptie 3ᵉ nup̄ꝫ



ſunt in quibus pſona agni fuit maniſeſta
ta de quib⁹ habetur Jo. 2ᵒ. cᵒ. die tertia fa
cte ſunt nuptie in chāna galilee ⁊c̄. Iſte ſe
dn̄r nuptie agni. q2 ibi agnus maniſeſta
uit gliām ſuam. vt hētur ibidem. In qb⁹
nuptijs. ſponſa dr̄ fuiſſe Maria magda
lena. ⁊ ſponſus Jo. euangeliſta. Dicit au
tem. b. Hieronymus ꝙ xp̄s vocauit euꝫ
de nuptijs volentem nubere. Nec iſtd̄
derogat eius virginitati. q2 mater dn̄i de
dit conſenſum in ſponſum. ſine virgini
tatis diminutione in mente dando cōſen
ſum in matrimoniale vinculuꝫ ⁊ nō ma
trimonialem actum. Et ſic de beato Joā
ne credi pōt. imo ceſſit matrimonium iſti
us in virginitatis laudem. q2 virginitas
per ſe ſumpta eſt virtus pura. ſed ſi cōiū
gatur ſacro fit cōſecrata. Intelligēdū
eſt tamen ꝙ in diuina ſcriptura inueniū
tur quattuor v̄ginitates conſecrate. ſicut re
ſupra in ſermo. b. io. euangeliſte ſmone.
Dilectus meus articulo. 5. Quarte
4ᵉ nuᵉ nuptie fuerunt ⁊ ſunt ille in quibus aīa fi
delis xp̄o efficitur coniugata. Iſte autem
nuptie fuerunt per incentiuum amorem
xp̄i ſponſi ⁊ anime ſponſe ſe mut⁹ deſide
rantium. de quibus ad litteram loquitur
ioānes ī apoc. vltᵒ. cᵒ. Spōſus ⁊ ſponſa di
cunt veni. ſ. pro reciproco ⁊ imēnſo deſide
rio copulandi. Intelligenduꝫ eſt tamē
ꝙ iſtud matrimonium in ſacro baptiſmi
primo inchoatur. q2 eſt ſacr̄m fidei. vnde
dicit propheta oſee. ij. Deſponſabo te mi
hi in fide ⁊c̄. Secundo conſumatur in
diuina eucharitia vbi corpa ꝯiugū copu
lantur. ſicut dicit dn̄s in ioanne. vj. Qui
manducat meam carnem in me manet ⁊
ego in eo. Tertio quādoqꝫ repudiatur
propter lapſum peccati mortalis. q2 cau
ſa fornicationis licet repudiare vxorem.
ſicut dicit dominus in euangelio Mat.
xix. Dico autem vobis qd̄ quicunqꝫ di
miſerit vxorem ſuam niſi ob fornicatio
nem ⁊ aliam duxerit mecat̄ quaſi dicat
lꝫ dimittere quando fornicatur. imo non
lꝫ eam tenere. ſm̄ ſententiam ſanctorum
q̄. b. Aug. inducit in li. retractationum.
⁊ q2 etiam peccatum mortale eſt ſpiritua

lis fornicatio cum ſit auerſio a vero ſpon
ſo ⁊ conuerſio ad bona cōmutabilia cum
quibus anima voluntarie iuncta adulte
ratur. ideo in tali actu anima deſponſata
a xp̄o repudiatur leuit. 20. ſi mecatus fue
rit quis cuꝫ vxore alterius ⁊ adulteriū p
petrauerit cum coniuge proximi ſui mor
te moriatur. Quarto reconciliatur. ⁊
hoc per ſacramentum penitentie in quo
anima reuertitur ad verum ſponſum. vn
de talem ſponſam alloquens dominus
Jere. 3ᵒ. caᵒ. dicit. Tu autem fornicata es
cū amatoribus multis veruntamen reuer
tere ad me. Et ego ſuſcipiam te dicit domi
nus. Sed attendendum eſt ꝙ ſolum il
le anime iſtud matrimonium impollutū
ſeruant integrum que permanent in in
nocentia baptiſmali. q2 nunq̄ ibi interue
nit diuortiuꝫ peccati mortalis. ⁊ ideo iſte
ſponſe ſecure ſunt. ⁊ in talibus eſt perfe
ctus celibatus ſolum anime in ſua virgi
nitate perditum. que nunq̄ recuperatur.
ſicut nec baptiſm⁹ iteratur. Et nulla ani
ma virgo eſt. niſi que permanet in gra
tia baptiſmali. ⁊ iſtud donum eſt ab il'o
ſponſo. Et ideo dicit ei ſponſa Jere. 3ᵒ pa
ter meus es tu dux virginitatis mee ⁊c. 5ᵉ nuᵉ

Quinte nuptie agni ſunt ille in quib⁹
mulier intacta efficitur conſecrata p vir
ginitatis votum ipſa maniſeſtata ⁊ tales
ſunt que ſemper concomitantur agnum
virgines enīꝫ ſunt ⁊ ſequuntur quocunqꝫ
ierit. vt habetur apoc. 14. De quibus nu
ptijs accipit eccleſia iſtud dictum apoſto
li. 2. cori. 11ᵒ. Deſpōſaui vos vni viro ⁊c̄.

Ad hec vt mulier aliqua ſit ad iſtas
nuptias ydonea ſumme reqritur. ꝙ ī mē
te ⁊ in corpore ſit caſtiſſima. Et beatiſſima
agnes illa virtute floruit. iccirco vna de
principalibus ſponſis agni fuit ⁊ diuina
ꝓuidentia ſic numerata. Intelligēdū
eſt tamen ꝙ iſta virtus caſtitatis militat
contra paſſionem cōcupiſcentie carnalis
quadrupliciter. Primo militant aliq E
ſic contra paſſiones. vt nec ſuperari poſ
ſunt nec ſuperare. donec manent in conti
nua lucta. ⁊ donec ſponte paſſio diſcedat
⁊ tales perſeuerantes dicuntur. quia nec

caduntur nec vincuntur. Math. 24.° qui per
ſeuerauerit vſqȝ in finem hic ſaluus erit.
Scd̄o. Aliq ſic militāt ꝙ diu pugnant
ꝛ tandē vincūt: ſed cū difficultate ꝛ iſti di
cuntur cōtinētes dicēte apl'o. pᵉ cor. 9° ſic
pugno non quaſi aerē verberās. Sȝ caſti
go corpus meū. ꝛ in Iob. 7°. Milicia ē vi
ta hominis ſuper terram.
Tertio aliqui ſic militant ꝙ faciliter il
las paſſiones vincunt faciliter ꝛ conſeſti
ſurgunt ad modum fortium bellatorum
ꝛ iſti dicuntur temperati: quia perſeueran
tes vincūt eas vt. pȝ. de Ioāne bap. i pue
ritia incipiente: iuxta illud Antra deſerti
teneris ſub ānis ꝛc̄. Et Samuel p°. R. 12°.
dicit Samuel ego ſenui ꝛ calui ita qd̄ con
uerſatus corāȝ vobis ab adoleſcētia mea
vſqȝ ad hāc diem: ecce preſto ſum loquimini
de me corāȝ dn̄o: quaſi dicat ſum ſine ma
cula ꝛc̄. Quarto. Aliq ſic militant: ꝙ
habēt ita domitas illas paſſiones: vt inſur
gere nō p̄ſumāt ꝯ iudiciū rōnis: ſicut pp⁹
infirmus q eſt ſubiugatus a fortitudīe p̄n
cipis: ꝛ tales ſūt īpaſſibiles ad modū āge
lor. De qb⁹ ad heb. 11° ſancti p fidē vicerūt
regna opti ſūt iuſti. adepti ſunt repro miſ
ſiōes obturauerūt ora leonū extinxerūt im
petum ignis effugauerunt aciem gladij
conualuerunt de infirmitate. fortes fa
cti ſunt in bello. Ideo dicūtur habere vir
tutem eroicam que dicitur diuina ꝙ ha
bentes magis dicūr filij dei ꝙ hominum.
ſicut Cyprianus dixit de Ectore: de qua
v̄tute loquitur. b. Dyo. in epiſtola ad Io
annem euangeliſtam qui eam fuerat con
ſecutus. Et ſecundum iſtaȝ virtutem eroy
cam beatiſſima Agnes militauit contra
paſſiones concupiſcentie: vt omnino im
paſſibilis foret dicens diſcede a me pabu
lum mortis: ꝛ ideo decuit. vt chriſto fie
ret deſponſata in gratia excellenti: vnde
dicebat. Ipſi ſum deſponſata cui angeli
ſeruiunt ꝛc̄. Sed attendendum eſt ꝙ
quatuor modis homines male ſe habent
circa iſtas paſſiones. Alij enim diu reſi
ſtunt: ſed finaliter nō permanēt. Luc. viij.
capi. hi ſunt qui audiunt: deinde venit dia
bolus ꝛ tollit verbū de corde eorum ne cre
dētes ſalui fiāt: ꝛ iſti dicunt̄ in p̄ſeuerātes
quia finaliter non perſeuerant. Alij ce
to vincuntur vehementia paſſionis non 5
tamen ſine reſiſtentia ꝛ iſti dicuntur incō
tinentes Gala. v. caro concupiſcit aduer
ſus ſpiritum ꝛ ſpiritus aduerſus carnem
Aliqui autē vt inſurgit paſſio ſequun
tur eam ſine vlla reſiſtentia ꝛ iſti dicūtur
intemperati ex malo habitu. Gal. quinto
Qui talia agūt regnū dei nō cōſequent̄ ꝛc̄.
Aliqui autem paſſiones non expectant:
Quartum ex parte prolis. Quia non genuit puram creaturam: ſed illam eandem quam deus pater genuit eternaliter. Ideo beata virgo appellata eſt theotocon. i. mater dei. vnde apoſtolus ad Galat. 4°. capi. At vbi venit plenitudo temporis miſſit deus filium ſuum factum ex muliere: factum ſub lege. vt eos qui ſub lege erant redimeret.

Decimum vterine habitationis de qua require

Undecimum ſuper mundialis creationis. Quia tunc fuit creata eius anima ſanctiſſima tanquam omnium creaturarum preclariſſima. In cuius creationis inſtanti fuerunt quatuor mirabilia opera.

¶ Primum ipſius anime creatio.

¶ Secundum anime create ſanctificatio.

¶ Tertium ſanctificate glorificatio. Quia ſtatim vidit diuinam eſſentiam ſicut nunc videt.

¶ Quartum Ierarchiarum ſublimatio. Quia mox potuit illuminare omnes angelos ſicut illuminat nunc. Iõ dicit apoſtolus Romanos. p°. capi. Adam fuit factus in animam viuentem. ita nouiſſimus in ſpiritum viuificantem.

Duodecimum ineffabilis vnionis: que fuit quatruplex.

Prima. quia ſecundum ordinem nature: ſunt vnita anime cum corpore i vna vnione.

Secunda vnio eſt diuinitas cum aĩa.

Tertia diuinitas cum cum corpore.

Quarta diuinitas cum tota humanitate: que ſunt facta in eodem inſtanti in vtero virginis ⁊ in hoc conſiſtit ſacramentũ incarnationis. quod eſt ſuper om

[..]a alia ſacramenta. ⁊ ſic patẽt duodecim
hore huius diei. De quibus horis ⁊ die di
cit propheta. pſ. 116. Metro. 22. A domi
no factum eſt iſtud ⁊ eſt mirabile in ocu-
lis noſtris. Hec dies quã fecit dominus
exultemus ⁊ letemur in ea. in cuius gau
dium ⁊ cetera. Amen.

## ¶ De inuentione crucis.

Apparebit ſignũ filij hominis
in celo Mathei. xxiiij. ca. Quia
in preclara ſalutifere crucis in
uentione chriſti vexillum fuit fi
delibus reuelatum. Ideo pro de claratio-
ne huius ſolẽnitatis: aſſumitur iſtud ver-
bum. Apparebit ⁊c. In quo reuelatur mi
ſterium crucis xpi. Primo quidem iſto
tempore: p°. quantum ad diem iudicij iudicis.
Quo tempore iſtud ſignum reuelabitur
omnibus ſicut ſignum magni regis cum
virtute magna ⁊ maieſtate ad iudicium ve
nientis. patet ubi Thema. Eſt tamen pri
mo notandum ꝙ ad exercitum angelorũ:
venientium cum chriſto ad iuditium per-
tinet dirigi illo vexillo ſicut ſolet exerci-
tus regis dirigi ſigno eius. Et ideo dicit
henoch in epiſtola iude. Ecce veniet do-
minus cum militibus ſuis facere iudiciũ.
Secundo reuelabitur ad electum popu
lum confortandum ſicut ſolent in bello cõ
fortari tyrones i periculis conſtituti: qñ vi
dent ſui regis ſignum cum auxilio proue
nire. vnde enumeratis ſignis iudicij dixit
ieſus diſcipulis ſuis. Luc. xxi. Leuate ca-
pita veſtra quoniam appropinquat redẽ-
ptio veſtra. ſcilicet his fieri incipientibus.
Tertio reuelabitur. ad reproborũ exer
citum exterminandum. ſicut extermina-
tur: ⁊ conteruntur inimici deuicti quando
vident vexillum regis aduerſarij potenter
venire. In cuius figura exteriti ſunt phili
ſtey. videntes archam dei pro ſigno con-
tra ſe venientem. primi regum. iiij. capi.
Que quidem archa fuit figura crucis ſecũ
dum apoſtolum. Quarto reuelabitur
ad dominium demonum diſſipandum.
Sicut ſolet rex iuſtus ſuum ſignum pre-
mittere ad exterminandum malos: p^a ad
Corinthios. xv. ca. Cũ tradiderit regnũ
deo ⁊ patri. cum euacuauerit omnẽ prin
cipatum ⁊ poteſtatem: ⁊ virtutem. In cu
ius figura. d. dominus ad noe. gñ. ix. capi.
Arcum meum ponam in nubibus: ⁊ erit
ſignum federis inter me ⁊ terram. Secũ
do tropologice. quantum ad animam no
ſtram. vt intelligatur ſignum crucis appa
rere in celo quando impreſſum fulget in
anima noſtra. Que eſt de natura celeſti.
Sicut corpus de natura tereſtri. vnde Au
guſtinus exponens illud verbum. In prin
cipio creauit deus celum ⁊ terrã: id eſt na-
turam corporalem ⁊ ſpiritualem. vndeci-
mo de ciui. dei: facta eſt de natura celeſti.
quia eiuſdem ſubſtãtie cum angelis. vnde
plato ad ſimilitudinem celi diuiſit animã
in duos circulos principales. Et alter vi
delicet illorum in ſeptem: vt primus cir-
culus indiuiſus reſpondeat firmamento:
Secundus qui diuiditur in ſeptẽ: rñdeat
orbibus planetarũ. Sic anima noſtra ha
bet duos circulos. ſ. intellectum ⁊ volun-
tatem per quos in deum reducitur. vnde
proceſſit per modum circuli. qui terminat
vbi incipitur. circulus etiam voluntatis re
manet in diuiſus. ⁊ in illo apparet ſignũ
crucis quando voluntas noſtra non gra-
uatur: nec delectatur in rebus corruptibi
libus. ⁊ carnalibus. ſed in ſola chriſti di-
lectione. Sicut apoſtolus quando dicit ad
galatas. vi Mihi abſit gloriari niſi in
cruce domini noſtri ieſu chriſti. Circulus
intellectualis diuiditur in ſeptem circulos
deuctiuos in deum. Primus eſt credulі-
tas certa. per quam reducimur ad illum a
quo incipimus. idcirco apparet ſignum
crucis: quando firmiter credimus quod il
lud eſt in quo fuit chriſtus cõfixus pro no
ſtra redemptione. Quia mors noſtra non
poterat expiari niſi per mortem eius cu9
vita erat melior tota humana natura: ſecũ
dum Anſelmum. vnde dicitur ſapientie.
xiiij. Benedictum eſt lignum per ꝙ fit iu
ſtitia. Secundus eſt humiliatio pro-
funda. per quã reducimur circulariter ad
noſtrũ principiũ deũ: cõtẽdẽdo ſuperbiam



ipſius exemplo Apoſ. ad phili. 2. Humilia
uit ſemetipſum pro nobis factus obẽdiens
vſqz ad mortem Judith. ix. Humilium ⁊
manſuetorum ſemper tibi placuit de pre-
catio. Tertius. continua memoria per
quam reducimur. ſ. quando paſſionis chri
ſti memoriã ſolicitamus. Illa. n. paſſio no
ſtra omnium peccata deleuit. cirographũ
noſtre obligationis deſtraxit grego. in pre
fatione mortem noſtram moriendo de-
ſtruxit ⁊ vitam reſurgendo reparauit. eccl.
xxix. gratiam fide iuſſoris ne obliuiſcaris d
dit enim pro te animam ſuam.
Quartus. ſpes firma per quam reduci-
mur. ſ. quando totam ſpẽ ponimus in do
minica paſſione ita quod non noſtris me-
ritis ſed paſſionis chriſti venimus ad ſalu
tem Anſelmus Redentionem in morte do
cet obicere iudicanti xpi crucem ro. manos
octauo ca. ſpe ſalui facti ſummus.
Quintus. certa confidentia per quam re
ducimur. ſ. qñ aĩa ſe totam cõmittit deo
vnde credit omnia aduerſa ſuperare. ſicut
ſancta iudith confidens in deo deuicit ho-
lofernem. vnde dicitur iudith. ix. Fac dñe
vt gladio ſuo proprio eius ſuperbia ampu
tetur. ⁊ parum infra. da mihi in animo cõ-
ſtantiam vt contempnam illũ ⁊ virtutem
eius vt euertã illum. ſic confidens. d. beat9
martinus. Ego non galea vel lorica. prote-
ctus ſed ſigno crucis munitus hoſtium cu
neos penetrabo ſecurus. Sext9. cogni-
tio grata per quã reducimur. ſ. quãdo ani
ma recognoſcit beneficia paſſionis ⁊ crucis
chriſti. Quia proprio filio ſuo non peper-
cit deus. ſed pro nobis omnibus tradidit il
lum phili. iiij. ca. Cum gratiarum actione
petitiones veſtre innoteſcant apud deũ. ad
Ephesios. v. ca. gratias agentes ſemp pro
omnibus in nomine domini noſtri ieſu xpi
deo ⁊ patri. p^a Teſaloni. v. Sine intermiſ
ſione orate. in omnib9 gratias ag'te. 7 9.
Fidelis cõtemplatio per quam reducimur
. ſ. quando oblitis terrenis amat celeſtia: ⁊
illa ſemper contemplantur ſicut faciebat
beatus franciſcus qui tantum meditatus
eſt ⁊ contemplatus dominicam paſſionem
q' meruit crucifigi. vnde dicitur galat. vi.
Mihi aũt ab ſit gloriari niſi in cruce dñi
noſtri ieſu chriſti. in cuius laudem dicitur.
Sic traſſormat cor amantis in id ꝙ ama
tur vt per membra foris virtus prorumpat
amoris. in cuius figura d. deus ad Moy
ſem numeri. xxi. fac ſerpentẽ eneum. ⁊ po
ne eum pro ſigno qui percuſus aſpexerit cũ
viuet. quaſi dicẽs per iſtos circulos anima
reducetur ad intellectum crucis. vnde me-
rito viuet vera vita. Jo. p°. quod factum
eſt in ipſo vita erat. Sic igitur apparuit ſi
gnum filij hominis in celo anime noſtre: ſi
predicte circulatiões erunt in mẽtibus no
ſtris. De iſto ſigno dicit dominus eze. ix.
Signa thau ſuper frontes virorum gemẽ-
tium ⁊ dolentium ⁊ ſequitur quod non ſi
gnati erant dãpnati. Tertio allegorici. A
Circa militantem eccleſiam vt intelligant
ſignum crucis in celo militantis eccleſie ap
parere de qua eccleſia. d. grego. ſuper ma-
theũ. Regnum celorum pñtis temporis ec
cleſia dicitur in quo regno ſunt duo circu-
li principales. Primus eſt credendorũ
qui non diuiditur in circulos ſicut firma-
mentum. ſed ad inſtar ipſius habet duode
cim ſigna. ſ. duodecim articulos fidei. In
iſto celo apparet ſignum crucis. Quia vt
creditur beatus Andreas poſuit ibi vnũ
articulum de cruce Secundus circulus
eſt agendorum qui diuiditur in ſeptem cir
culos. ſ. ſacramentorum eccleſie in quibus
apparet ſignum crucis. Quia ſolẽnitates
illorum ſacramentorum cum ſigno crucis
miniſtrant ⁊ in virtute paſſionis xpi ha-
bent efficatiam in cuius figura dicit apoc.
In celo apparuit ſignum magnũ ⁊ mi
rabile. Magnum. quia ad omnia miſteria
ſe extendit. mirabile. quia per eius virtutẽ
creatur gratia in ſacramentis que quidem
creatio eſt opus mirabile eccl. 43° ca. vas
admirabile opus excelſi. Quarto anago B
gice quantum ad ſupernam patriam vt di
catur hoc ſignum in celo apparere. ſ. in ec-
cleſia triumphante in qua omnes bti erũt
ſicut angeli Mathei. 22 ca. In reſurrectio-
ne illa neqz nubẽt neqz nubentur ſed erũt
omnes ſicut angeli dei in celo. In illo au-
tem celo ſunt duo circuli pincipales vnus

Jn mobilis.ſ.celum empyreum ⁊ ſignificat
Jerarchiam ſupercelestem propter ſubſtā
Z tiam in cōmutabilem. Jn qua eſt ſola tri
nitas diuinarum perſonarum. ſecundum
dionyſium de angelica ierarchia. Jn quo
celo apparebit ſignum crucis. Jn x°.qꝛ in
illo fuit exaltatus.ad phil.2°. Propter ꝙ
deus exaltauit illum.⁊c. Secundus eſt
mobilis qui eſt ierarchia celeſtis.ꝑꝑ ſuam
mutabilitatem.⁊ diuiditur in nouem cir
circulos ſicut ſub celo empireo ſunt nouē
circuli mutabiles.qꝛ inceſſanter mouentur
in deum. Jn quolibet illoꝝ circulorū ap
parebit ſignum crucis. Quia ad quēlibet
circulum aſſūmentur aīe ꝑ crucem xp̄i re
dēpte. Sicut de quolibet ordine ceciderūt
angeli. Jſte aīe habebunt ſignum crucis
in frontibus ſuis.quia ab angelis ad hoc
deputatis ſignabuntur.apoc.vij.ca. Vidi
alterum angelum aſcendentem ab ortu ſo
lis.⁊ clamauit quattuor angelis.⁊ ſequit.
quo ad vſq; ſignemus ſeruos dei noſtri ī
frontibus eorum. Jſti ſunt illi ſignati qui
cantabant canticum nouū ante ſedem dei
⁊ agni dicētes apoc.v.ca. Redemiſti nos
deus in ſanguine tuo: ex omni tribu: po
pulo ⁊ natione:⁊ feciſti nos deo noſtro re
gnum. Cuius nos participes faciat ſua
miſericordia. Amen.

De ſancta clara.

Lia eſt claritas ſolis alia clari
tas lune ⁊ alia claritas ſtellarū
ſtella.n.a ſtella differt in clari
tate.pᵉ ad corinth.xv. Q꞉ beata
clara a claritate fuit denominata reuela
tione diuina. Jdeo ad extollendā eius cla
ritatem conuenienter aſſūmitur:iſtud ver
bum. Jn quo beatus paulus de felicitate
ſanctorum qui ſunt in patria ſub nomine
claritatis loquitur.ſed notandū quod in
R paradiſo ſunt quattuor gradus felicitatis.
Quorum primus eſt ſm nature redun
dantiā ſicut felicitas aīe xp̄i:que reddūdat
in oēs ſanctos. Secūdus ad nature ha
bundantiam ſicut felicitas btē virginis.q̄
licet non tantum redundet tamē habundat
quantum poteſt de felicitate recipere ſꝫ po
tentiam ordinatam. Tertius ad nature
ſufficientiam.ſicut felicitas ſanctorum an
gelorum qui licet non habeant tantam ha
bundantiam quin plus capere poſſent cū
ſint capatiores pluſꝗ̄ homines.tamē qui
libet babet ſecundum ſufficientiorem na
turam maiorem gloriam. Quartus ad
nature continentiam:ſicut felicitas ſancto
rum. Qui non ſm maiorem perfectionem
in naturalibus.ſed ſolum ſm continentiā
meritorum habent plus de felicitate eter
na vel minus. Nunc autem ad propoſitū
apoſto. volēs nos inſtruere de iſto quarto
gradu felicitatis.dicit alia eſt claritas ſo
lis.ſ.quantum ad primum ideſt xp̄i. Cuiꝰ
felicitas redundat in omnes beatos ſicut
ſol redundat in oīa corpora ſupercelestia
ſm beatū dionyſium li°. 4. De diuinis
nominibus. de quo ſole dicit propheta
Malachie.3°.ca. Vobis timentibus de
um orietur ſol iuſticie. Alia claritas lune
quantum ad ſm ſcilicet.b.virginis. Que
in mediate illuminatur a x°:ſicut luna a ſo
le. De qua dicūt angeli admirantes. Can
ticorum vj.ca. Que eſt iſta que progredi
tur quaſi aurora conſurgens.pulchra vt
luna. Alia claritas ſtellarum.quantū ad
tertium.ſ.ſanctorum angelorum. Qui di
cunt ſtelle.quia ſicut ſtelle date ſunt ad or
namentū celi materialis ita angeli ad or
namentum celi ſpiritualis. Judicum.v.c.
Stelle manentes in ordine ⁊ curſu ſuo ad
uerſus ſyſaram pugnauerunt. baruch.3°.
Stelle dederunt lumen in cuſtodiis ſuis ⁊
letate ſunt. Stella a ſtella differt in clarita
te. Quantum ad quartū ideſt vna anima
beata differt ab alia.quia ſicut in ſtellis eſt
maior ⁊ minor claritas.⁊ in angelis maior
⁊ minor felicitas. Sic eſt in ſanctis ſm exi
gentiam meritorum de quibus ſtellis di
ctum eſt habrae.gñ.xv.ca. Suſpice celum
⁊ numera ſtellas:ſi potes. Sic erit ſemē tu
um:⁊ quē ad laudem beate clare ſub noīe
claritatis eius preconium eſt introductū
notabimꝰ octo ꝓprietates claritatis bea
te clare cōuenientes. Prima.q꞉ habet
primitatē in ſuo exortu.q꞉ in mūdi creatio





ne.p°.fuit producta in ordine ſex dierum.
Quia in prima die fuit lux creata.gñ.p°.c.
Dixit deus fiat lux ⁊ facta eſt lux:q̄ idem ē
cū claritate. Et iſta proprietas fuit in btā
clara:q̄ in primeua etate florere cepit vir
tutibus ab infantia:que eſt etas prima.iō
d̄ ea dicit eccl̄a. Sacra ſpirat infantia ma
gni regis connubia. ⁊ talium eſt deo gra
tiſſimum obſequium qui primum florem
ſue iuuentutis deo offerunt.dicente ꝓpħa
ps.8. Metro.2° Ex ore infantium ⁊ lactē
tium perfeciſti laudem. Secunda.q꞉ hꝫ
velocitatem in ſuo motu.licet.n.motus ce
li ſit velociſſimus.tñ claritatis diffuſio eſt
magis feſtina cum fiat in inſtanti vel in tē
pore i pceptibili. qd̄ declarat deus Math.
24.ca. Sicut fulgur exit in oriente ⁊ paret
vſq; in occidentem ita erit aduentus filij
hominis. Jſta proprietas fuit in btā virgi
gine clara:pro eo qd̄ votum inſpiratū ad
eo.per verba bti franciſci non obſtantibus
quibuſcūq; obſtaculis non prolōgauit ſꝫ
ſtatim vouit ⁊ votum ſeruauit.exemplo il
lius de qua luc.p°.exurgens maria habiit
in mōtana cum feſtinatione. vbi ambroſi
us. Neſcit tarda molimina ſpūs ſancti gr̃a.
Tertia.q꞉ hꝫ velocitatem in ſuo tranſi
tu. Nam tranſiens per corpora dyapho
na:non frangitur nec diuiditur ſed ad mo
dum ſpiritus penetrat.pꝫ d̄ radio ſolis in
trāte ꝑ vitrū. vnde dicit ꝓpheta.ps.xviij.
Metro.vij. Nō eſt q ui ſe abſcondat a ca
lore eius. Jſta proprietas fuit in btā clara.
Jn eo quod ipſa actibus deuotiſſimarum
orationum ⁊ contemplationum celum pe
netrabat.patet in reuelationibus ſibi factis
vt.d.cum apoſtolo.2ᵉ. Cor.3°.ca. Nos
vero omnes reuelata facie gloriam do
mini ſpeculantes in eādem ymaginē trāſ
formamur a claritate i claritatē tāꝗ̄ a ſpū
dñi. Quarta.q꞉ hꝫ puritatē in ſuo ꝯtra
ctu.q꞉ licet claritas lucis cū rebꝰ ſordidis
ad iūgatur.tñ ipſa in ſe nullatenus inqna
tur:q̄ eſt ꝯ naturā ceteraꝝ reꝝ corpaliū.d.
ſapiēte eccl.13.ca. Qui tetigit picē inquina
bit ab ea. Jſta ꝓprietas fuit in btā clara:q̄
ſeruās celibatū ſuū in domo paterna:nul
latenus a cōtagijs mūdanoꝝ quibꝰ erat ad
iūcta fuit quoinqnata. Ad hāc āt v̄tutē
ſeruādā ꝯ delectationes q̄ ſolent aīum cō
turbare exēplū ſue rigidiſſime vite prebēs
ſororibꝰ i numere auſteritatibꝰ in cibo:po
tu:lecto:⁊ veſtitu.d.cū apoſtolo pᵉ. Cori.
ix.ca. Caſtigo corpus meum ⁊ in ſeruitutē
redigo. Ne forte cū alijs predicauerim ip
ſe reprobus efficiar. Quinta.q꞉ habet e
uidentiā in ſuo effectu.quia omne quod
in tenebris ⁊ obſcuritate latet clarificat ⁊
oſtendit.quia qui male agit odit lucem.
Jo.v°.ca. Jſta proprietas fuit in beata
clara. Quia licet de ſua intentione merita
ſua occultauerit quantum potuerit. q꞉ tñ
de natura boni eſt vt ſe ipſum diffundat:
non potuit ſic occultare.quin extra clariſi
carent ſue ſanctitatis ſigna. Et euidenter
in mundo clareſcerent. Mathei.5°. Ne
mo accendit lucernam ⁊ ponit eā ſub mo
dio ſed ſuper candelabrum vt luceat omni
bus qui in domo ſunt. Sexta.quia ha
bet complacētiam in ſuo effectu. Quia vi
ſus cum claritate naturaliter delectatur.
Sicut in ſuo perfectiſſimo obiecto.eccl.xj.
ca. Dulce eſt lumen ⁊ delectabile eſt ocu
lis videre ſolem:de cuius oppoſitum dicit
Tobias: Tobie.5°. Quale gaudium mi
hi erit qui in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi
non video. Jſta proprietas fuit in bea
ta clara. Quia licet duriſſima pro chriſto
ſuſciperet ⁊ faceret:tamen omnia ex amo
re erant ei dulciſſima propter quem amo
rem.vt dicit vgo de ſancto viatore li°.de
ara ſponſe,vt ſi dolor inferni cum amore
poſſet aſſūmi non eſſet pena ⁊ iō de ipa dr̄
ꝙ quāto plus erat abſtinentijs attenuata
tanto plus exhibebat affectus illares ⁊ feſti
nos.2ᵉ.ad Cor.ix: Jllarem enim datorē
diligit deus.

Septima.quia habet vtilitatem in ſuo
viſu: Quia ſine claritate nemo ſit operari
aliquid ⁊ ideo omnis operans requirit lu
cē. Jo.9° capi. Me oportet operari opa
eius qui miſit me donec dies eſt. venit aūt
nox:quando nemo poteſt operari. Jdem
capitulo.12°. Ambulate dum lucē habetis
vt non tenebre vos comprehendant:⁊ qui
ambulat in tenebris neſcit quo vadat.

Iſta proprietas fuit in btā clara in eo
quia ceteras virgines docuit ꝛ illumina-
uit qualiter agere deberent prebens exem-
plum. Math. 5°. Sic luceat lux veſtra co
ram hominibus vt videant bona veſtra
opa ꝛ glorificent patrem veſtrum qui in
celis eſt. Octaua quia habent virtutē
propriam in ſuo fructu. in eo ꝙ oībus cor
poribus ſuperceleſtibus influentibus ſm
gregorium fructificat terra. Ideo deus in
fluendo: Sua bon aincrcaturis: dicit pa-
ter luminū. eo ꝙ mediantibus luminibus
ſue gratie fructificare omnia facit. Iſta ꝓ
prietas fuit in beata clara. Quia fuit ꝛ ē
fecundiſſima: ingignendo filias: vt patet
ad ſenſum: vt dicere poſſit illud. Eccli. 24
capitulo: Ego quaſi vitis fructificaui ſua
uitatem odoris: ꝛ flores mei fructus hono
ris ꝛ honeſtatis: Cuius nos inducat ꝛc.
Amē Amen.

De ſancto Ludouico archiepo.

Uce ſplendida fulgebis ꝛ om-
nes fines terre adorabunt te
Thobie. 13°. capitulo. Diuino e-
nim miraculo fit vt nomen ali-
cui imponatur ſecundum conditionē vir
tutis: quā habet vel habere debet: patet
de Iſaach. Qui riſus interpretatur. Et iō
dixit mater eius gn̄. 21°. Riſum fecit mihi
deus: quicunqꝫ audierit corridebit mihi.
Et reuera gaudiū ꝛ riſus fuit patri: quā-
do debuit ipſum deo imolare ariete pro
eo occiſo. patet gn̄. 22. capitulo. ꝛ de. ioā
ne bap. Qui. in quo eſt gratia interpretatur.
Qui etiam gratia ꝛ gaudiū fuit parētib⁹
ꝛ patrie: vnde. d. luc. primo. Quis putas
puer iſti erit. ꝛ iō dixit āgel⁹ zacharie: luce.
ſupra. vxor tua heliſabet pariet tibi filiū: ꝛ
vocabis nomē ei⁹ ioānē: ꝛ erit tibi gaudiū
ꝛ exultatio: ꝛ multi ī natiuitate ei⁹ gaude-
būt ꝛ de. x°. dixit āgel⁹ ioſeph. Mathei. ꝑ
mo capitulo Maria pariet tibi filium. ꝛ
vocabis nomen eius ieſum: ipſe enim ſal-
uum faciet poppulum ſuum a peccatis eo
rum: q2 ieſus ſaluator interpretatur. In
hoc concordat phūs qui dixit in primo ꝑ
yhermenias. voces ſunt note earum que
ſunt in anima paſſionū. patet etiam clari
us in duodecim lapidibus quos portabat
aaron in fronte ſecundum duodecim tri
buum vbi dicunt doctores quando aliqs
de tribubus grauiter peccabat: veniebant
tribus ſucceſſiue ante aaron. Et quando
tribus de qua nullus peccauerat erat ante
eum. lapidis in quo era nomen ſuum ſcrip
tum dabat lucidos radios. Quando autē
veniebat tribus: de qua quis peccauerat il
le lapis in quo erat ſcriptum nomen eius
nō dabat lucem. Et ſic deprehendebatur
peccator: Adapta ꝛc.
¶ Et quia ludouicus ſm ethimologiam
nominis dicitur q̄ſi lux dominica. vnde ī
lucis proprietatem commēdari poteſt: vn-
de ꝛ conuenienter: aſſumptum eſt verbū
propoſitum. luce ſplendida ꝛc.
¶ Quod quidem quadrupliciter poteſt in
telligi.

Primo vt ſit verbum xp̄i alloquentis
domum ꝛ ſtirpem regiam francorum: q̄
per hunc ſanctum fuit mire illuſtrata: di-
centis: luce ſplendida fulgebis: Et quia
etiam in iſto ſancto fuit multū honorata
Ideo dictum eſt ei: et omnes fines terre a
dorabunt te: Primo dico quod maie
ſtas regia fuit illuminata. Quia multum
dubitatur a multis. vtrum poſſidens re-
gnum vel regimen ex iuſtitia teneat.
Sed hic ſanctus hunc dubium peni-
tus āmouit dum regnum quod retinere
noluit alteri dedit. Si autē iniuſte dediſ-
ſet vtiqꝫ ſanctus non fuiſſet. Scd̄o dico
quod maieſtas regia fuit per hunc ſanctū
multum venerata. quia non ſolū ſubiecti.
verum etiā q̄tūcunqꝫ remoti emulis iſta
domus in eius mēbro digniſſimo venera
tur in omni parte fideliū. Ita vt huic ge-
neri. d. Iſayas pp̄ha. c. 60. Adorabunt ve
ſtigia pedum tuorū oēs qui detrahebant
tibi. Scd̄o vt ſit verbum xp̄i aloquētis
Ciuitatem marſilie. d. luce ſplendida ꝛc.
Quia ipſa fuit innumerabilibus miracu
lis ex preſentia hui⁹ ſancti illuſtrata. Et iō
recte ſequitur. Et oēs fi. terre ado. te. Q2
de vniuerſis fideliū partib⁹ venerunt ado
rare ad hāc ciuitatē ſcā3 hūc ſcīm regrētes.

Q



Tertio vt ſit verbum chriſti aloquen-
tis religionē beati Franciſci que fuit per
hunc ſanctum copioſiſſime decorata. di-
centis. luce ſplendida fulgebis ꝛc. Si. n. iſte
ſtatus non eſſet perfectionis hic ſanctus in
eo nō ad ſanctitatis faſtigiū nō veniſſet: ꝛ
poſtea fuit in eo multipliciter honorata.
q2 ſicut dn̄s ieſus xp̄s cū ſit regis eterni fi
lius in eo qd̄ ſemetipſū exinaniuit aſſum
mendo habitū nr̄e humanitatis ſ3 apoſto
lum noſtrā naturā ineffabiliter ſublimauit
ita hic ſanctus cū eſſet filius incliti regis
ieruſalem ꝛ ſicilie. In eo qd̄ ſemetipſum
humiliauit aſſumens hitū franciſcine pau
pertatis: ipſam religionem mirabiliter ho
norauit. ꝛ nobilitauit: vt de ipſo dicat ꝙ d
xp̄o dr̄ phili. 2°. humiliauit ſemetipſū fa-
ctus obediens vſqꝫ ad mortē: mortē autē
crucis. ſ. pnīe ꝛ auſteritatis: obedientie ꝛ
paupertatis: pp̄ qd̄ ꝛ deus exaltauit illum ꝛ
dedit illi nomen qd̄ eſt ſuꝑ omne nomen.
Quarto vt ſit verbum xp̄i aloquentis
ꝑſonā bti ludouici di. Luce ſplen. ꝛc. Ubi
dn̄s duo facit. Primum. q2 repromit-
tit decor noſtre felicitatis. ibi. luce ſplen. de
qua pulchritudine. dr̄ Mathei. 13. ca. Iu
ſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eoꝝ.
Secundo repromittit honor noſtre feli
citatis. ibi. ꝛ oēs fines terre adorabūt te. act⁹
enim adorationis ē act⁹ ſupremi honoris
Et ideo deo exibetur pro ſummo honore.
pro quo honore iſti ſctō a ꝑſonis regalib⁹
ymo a ſex ſuis fratribus exibito: cōuenit ei
ꝙ dictū fuit iude. gn̄. 49. ca. Iuda te lau
dabunt fratres tui ꝛ infra. adorabūt te filii
patris tui. dicit ergo luce ſplēdida ꝛc. Q2
vero ex lucis ſimilitudine inchoata eſt laus
bti ludouici. Iō circa lucem inſiſtendo.
¶ Primo videbimus de lucis ꝓprietate.
¶ Secundo de lucis virtute.
Circa primum inueniuntur. ſeptem lu
cis proprietates huic ſctō cōuenientes.
Prima. quia habet ꝓprietatē in ſuo
ortu q2 ſicut artifex valens oꝑari ante diē
lucē querit. Et ſic deus in principio crea-
turaꝝ p⁹ ꝓduxit lucē. gn̄. p°. ca. Dixit de
us fiat lux ꝛ facta eſt lux. Et ſicut fuit p̄ma
creaturaꝝ ſenſibilium. ſic iſta ꝓprietas cō
uenit btō ludouico. qui nō ſolū qd̄ fuerit
primogenitus regis de filiis viuis. ꝛ ideo
erat ſibi regnū debitū: ſed etiā in eo qd̄ in
ſua primeua etate virtutibus florere cepit.
ꝛ in ſcīa cláreſcere ſupra pueroꝝ naturā:
vt infra ſeptenniū oīum liberaliū artium
carperet fructū: vt dicere poſſit illd̄ ſapiē-
tie. 8. Puer erā ingenioſus: ꝛ ſortitus ſū
aīam bonā. Iſtā puritatem in tanta perfe
ctione dicitur habuiſſe. vt gr̄am baptiſma
lem q̄ a principio habuit vſqꝫ ad mortem
ſeruauerit. ꝛ ꝑ ꝯn̄s iſta gratia baptiſmalis
ꝑ reſpectum ad gr̄am penitentialē: ꝑ quā
coīter ceteri ſaluant̄. h3 quatuor priuilegia
precioſa. Primū eſt dignitatis in ordi
ne. q2 ſicut ſacramentum baptiſmi eſt effi-
catius ꝛ dignius ſacramento pnīe. ita gr̄a
que conuenit in baptiſmo in ordine ad ip̄ā
videtur magis digna. Secundum feli
citatis in operatione. q2 cū in quolibet pec
cato mortali acquiratur inclinatio ad ma
lum: ꝛ per ꝯn̄s difficultas ad bonum. Ille
qui hab3 gr̄ā tali difficultate caret ſ3 hic
ſanctus eſt ille qui nunq̄ peccauit mortali
ter poſt baptiſmū. q2 tunc amiſiſſet gr̄ā
baptiſmalem. Et hoc ſignū. q2 actus virtu
tum ſemper faciebat cum letitia.
Tertium eſt ſecuritas in cōſcīa. q2 qui
poſt baptiſmum deum mortaliter offēdūt
neſciunt ſi legiptimā penitudinem habēt.
Et iō nō ſunt ſecuri de diuina gr̄a. Cū cō
tritio ſit in certa. illi autem qui ꝑ manent
in gratia baptiſmali. q2 deum ex tunc mor
taliter non offendūt. ꝛ baptiſmus nō req̄-
rit neceſſario contritionē. Iō ſtant ſecuri.
Quartum eſt virginitatis in aīa. Nā
ſi virginitas carnis eſt tantum deo grata.
ſicut docet ſcriptura in xp̄o ꝛ mater eius
ſanctiſſima. Multo magis eſt ei cara vir-
ginitas aīe. q2 perfectior. Et iō integritas
mentis eſt melior ſicut vas de auro q̄ de
terra vel ligno. Nunc autē dicitur caro vir
ginea quando nō fuit corrupta. ex quo fu
it nata. ꝛ ſic anima dr̄ virginea. qn̄ poſt ba
ptiſmū nō fuit corrupta ꝑ pctm̄ mortale.
Et q2 talis gr̄a in mediate adeo habetur.
Ideo dicit ipſe ſanctus: Iere. 3°. pater me
us dux virginitatis mee tu es.

Secunda.q: habet pulchritudinem in
ſuo aſpectu. Et q: pulchrior res que ſit in
mundo eſt rota ſolis propter eius clarita/
tem.eccl.43.ca. Pulchritudinem cando/
ris eius admirabitur oculus. Habet
etiam demonſtrare aliarum rerum pulchri/
tudinem.cum remota luce non appareat
alicuius pulchritudo.que proprietates flo
ruerunt. In iſto ſancto. Nam caſtitatis ce
libatum.ita perfecte cuſtodiuit vt non ſo/
lum in ſe ſed ⁊ in reſpicientibus honeſtatē
induceret ⁊ inclinaret vt pro tanto dicatur
ſapientie.iiij.ca. O quam pulchra eſt caſta
generatio cum claritate:cum pñs eſt imitā
tur illam ⁊ deſiderant eam cum ſe aduxerit
⁊ in perpetuum coronata triumphat. Q:
dicit Auguſti. li.de ciuitate. Quod nul/
lus eſt tam de prauatus quod totum ſen/
ſum honeſtatis amiſerit. Tertia.q: ha/
bet puritatem in ſuo contactu.q: licet tan
gat corpora inquinatiua:non tamen inqui
natur ab eis. Sicut de alijs corporibus.d.
ſapiens.eccl.13. Qui tetigerit picem inqui/
nabitur ab ea.⁊ qui cōmunicauerit ſuper/
bo induet ſuperbiaꝫ.ſed lux ſolis licet cum
in mundiſſimis miſceatur.non tamē inqui
natur ab illis. Iſta ꝓprietas maxime i bea
to ludouico floruit. Quia licet in delitijs
mundanis nutritus fuerit:tamen animam
ſuam ſeruauit in in munem vt de eo dicat
ſapiens.eccl.31.ca. Qui potuit trāſgredi ⁊
non eſt tranſgreſſus:facere mala ⁊ non fe/
cit. Quarta.q: habet velocitateꝫ in ſuo
curſu. Quia lucis radius trāſit in tempo/
re in perceptibili ſm quod dicunt perſpe
ctiui. Vel ſecundū phm in iſtanti. q: non
eſt aliquis corporis motus ita velox.cuꝫ ce
lum velociſſime moueatur.quod declarat
dominus.d. Math.xxiiij. Sicut fulgur e/
xit ab oriente ⁊ paret vſqꝫ in occidenteꝫ ita
erit aduētus filij hominis:⁊ accipitur hic
fulgur pro claritate. Iſta proprietate
floruit beatus ludouicus.quia velociter ꝑ
fecit curſum ſuū. Q: iuuenis incepit ymo
a primeuo etatis ſue:⁊ iuuenis curſuꝫ ſuū
ꝑfecit vt de eo dicat.ſapie.iiij. Cōſūmatꝰ
in breui expleuit tpa multa.placita.n. erat
aīa illius deo.pp hoc ꝓperauit educere il/
lum de medio iniqtatū. Quinta.q: hꝫ
ſubtilitatē i ſuo trāſitu. Nā radiꝰ ſolis trā
ſit ⁊ penetrat:corpora diaphona.ſine diui
ſione.aut fractione.pꝫ nō ſolū in criſtallo
⁊ vitro:verū in aq̄ igne ⁊ aere q̄ ſunt elemē
ta:⁊ tranſeunt celos inferiores ⁊ penetrāt.
cum ſolis radij illuminant mundum vt
pro tanto dicat ſapiens ſapiētie.vij. Mul
tiplex ſubtilis diſertus nobilis: in quo in/
quinatus. Iſta ꝓprietas fuit in beato ludo
uico.q: fuit tante actiuitatis:⁊ acutiſſimi
ingenij vt ſubtilitates altiſſimas theologie
diſcuteret:⁊ apperiret. Ita vt eius ſciētia
potius videretur diuinitus in fuſa q̄ hu/
manitus acquiſita:vt pro eo dicat ſapiens:
ſapientie.viij.ca. Iuuenis ⁊ acutus inue/
niar in iudicio.⁊ in comſpectu potentium
admirabilis ero ⁊ facies principum mira
buntur me. Sexta.q: habet cōmunitatē
in ſuo effectu.quia omnibus vniuerſaliter
cōmunicatur.⁊ cum ſit res p̄cioſiſſima nū
q̄ venditur vel emitur aut diuidit:nec mi
nus participatur. Ideo de ſe dic. eccl.iiij.
ca. Sol illuminans ꝑ oīa reſpexit. Iſta ꝓ
prietas fuit in btō ludouico. Quia virtute
pietatis ita comuniſcerat pauperibus:vt in
fatigabiliter ſua ⁊ ſe corū obſequijs ſe mā
ciparet.ſciebat enim illud eſſe apoſtoli. pri
me ad thimotheuꝫ.iiij. Pietas ad omnia
vtilis eſt. Septima.q: habet nobilitatē
in ſuo gradu. Eſt enim nobilior qualitas
ſenſibilis que ſit in vniuerſo ꝓ eo q̄ ē obie
ctum perfectiſſimum potentie ſenſitiue vt
puta viſus. Que inter ceteras potentias fe
licitabitur in patria. Luc.10.ca.beati oculi
qui vident que vos videtis:dico enim vo/
bis quod multi prophete ⁊ reges volue/
rūt videre q̄ vos videtis ⁊ non viderunt.
Iſtā ꝓprietatē hūit btūs ludouicus.q ſm
carnē ex pte p̄ris de nobiliſſimo gn̄re regū
frācorum traxit originē.vn̄ natꝰ ēt ſcūs ludo
uicus rex.ex pte mr̄is fuit d̄ nobiliſſimo ge
nere regū vngarie.vn̄ fuit ſcā heliſabeth.q̄
regna ſunt altiſſima nobilitate.⁊ ꝯſecrata
ſcitate:fuit etiā initiatū illud regnū vnga
rie.a ſanctiſſimis pſonis. Quia primus rex
ibidē fuit ſāctus ſtephanus. Scđs ſcūs
ladiſlaus. Tertius ſanctus henricus.⁊



eiꝫ tante fuerit celſitudinis non tamen eſt
dedignatus in infima ſe collocare multi
tudine pauperum.ſ.fratrum minoruꝫ. vt
in tāta multitudine de ipſo dicat. Iudicū
8°.c. Unus ex eis quaſi filius regis.

Circa ſecūdā partē inſiſtēdo.ſ.de lucis
virtute. Dicitur qđ eſt multiplex. Quia
primo hꝫ virtutē aſſecuratiuam: nā homi/
nes ſunt multum timidi in nocte propter
carētiam lucis.vnde rex Salomon ꝓpter
timoreꝫ in nocte:cuſtodiri faciebat lectum
ſuum. Cantico.3°c. Lectulum Salomōis
ſexagita fortes ambiūt ex fortiſſimis Iſra
el oēs tenētes gladios:⁊ ita reddit eūm pp
timores nocturnos. Ideo dicit propheta.
p̄s. Exibit homo ad opus ſuum ⁊ ad ope
rationem vſque ad veſperam. Hanc
v̓tutē hūit btūs Ludo.q: cū de vita cōi ⁊
ſtatꝰ religioſorum ⁊ p̄latorum multi vacillarēt
iſte oēs aſſecurauit dū vitā cōmunē habi/
tuꝫ religiōis: ⁊ officiū prelatiōis in ſe aſſū
pſit:⁊ portauit.2ͣ.paralipomenon.xx. Cre
dite dn̄o deo veſtro ⁊ ſecuri eritis: credite
⁊ prophetis eius.i.ſanctis ⁊ cuncta vobis
a venient proſpera. Secundo hꝫ virtutē
expulſiuā beſtiarū.vn̄ dic ꝓpha.p̄s. Po
ſuiſti tenebras ⁊ facta ē nox. In ipſa ptrāſi
būt oēs beſtie ſilue catuli leonū rugiētes vt
rapiant ⁊ querant a deo eſcā ſibi:ortus eſt
ſol:⁊ cōgregati ſunt:⁊ in cubilibus ſuis co
locabūtur:⁊ nō ſolum lux terret beſtias:ſꝫ
etiā hoies malos. Iob.xxiiij. Si ſubito ap
paruerit aurora arbitrantur vmbra mortꝫ
⁊ ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.
Hanc v̓tutē habuit bea. Ludoui.q: ſicut
xp̄s per miracula ſue reſurrectionis indu/
xit terrorē incredulis.vt teſtātur euangeli/
ſte. Sic b. Ludouicus per potētiā miracu
lorū exterruit infideles. Actuū.v.c. At āt
audierūt hos ſermones magiſtratus tēpli
⁊ principes ſacerdotū ambigebāt de illis:
qd nā fieret. Tertio.hꝫ viꝫ letificatiuā.
q: ſine luce nō pōt homo eſſe letus. Thoᶜ.
v.c. Quale gaudiū mihi erit q in tenebris
ſedeo:⁊ lumen celi nō video.q: in lumine
ē intenſa delectatio. Eccleſia.xj. Dulce eſt
lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſoleꝫ.
Hanc virtuteꝫ habuit b. Ludoui.in coru
ſcatione miraculorum ex qbus nō ſolū le
tificauit ſanctam matrem eccleſiam ⁊ reli
gionē: ſed ēt ſingulariter domum regiam
francoruꝫ vt ei competat qđ de pueris di/
citur. Danielis.3°.c. Tunc hij tres.ſ.eccle
ſia:religio:⁊ domus frācoruꝫ:quaſi ex vno
ore laudabant ⁊ glorificabant dominum.

Quarto.hꝫ vim cōtriſtatiuam.q: ſicut
oculus ſanus letificatur ad lucē. Sic ocu/
lus eger triſtatur.pꝫ in debilitate oculorū
veſpertilionis:⁊ noctue propter viſus de/
bilitatē. Hanc virtutē habuit.b.ludoui
cus q oculos habentes ſanos ⁊ ſanas mē
tes habentes letificat: ⁊ malos habentes
oculos.ſ.pctōres contriſtat.d.cū apoſtolo
ſecunde ad cor.vij.c. Si contriſtaui vos ſi
me penitet. Quito.hꝫ viꝫ manifeſtatiuā
Nā q̄ i tenebris ſunt occulta:in luce ſūt ma
nifeſta.⁊ ſine luce nihil clareſcit. Epheſios
v.ca. Oia āt q̄ arguūtur a lumie māifeſtā
tur.oē.n.qđ māifeſtat lumē ē. Hāc v̓tutē
hūit btūs ludo.i ſua doctrina ⁊ p̄dicatiōe.
q: ꝑ clarā ſapiaꝫ manifeſtabat occulta pcō
rū trūſiōe penitudinis ꝓuer.xiiij. Teſtis fi
delis nō mētit. Et ifra. liberat aīas teſtis
fidelis. Sexto hꝫ viꝫ obfuſcatiuā.q: lux
ē excellētiſſimū viſibile. ⁊ iō viſū obfuſcat
pꝫ d̄ reſpiciēte rotā ſolis.eccl.xliij. Sol exu
rēs mōtes radios igneos ex ſufflāꝫ ⁊ reful/
gēs radijs ſuis ob cecat oculos. Hāc v̓tutē
hūit.b.ludo.i eo q̄ tā excellētiſſima ⁊ ſplē/
dida v̓tut opa faceret vt multos ſcōs i me
rito trāſcēderet vt ex ꝓfūda hūilitate cū ꝓ
pha dicat.p̄s. Ego ſum v̓mis ⁊ nō hō ob
probriū hominuꝫ ⁊ abiectio plebis. Cū tā
tus ⁊ talis eēt. Septio hꝫ viꝫ gn̄ratiuā
oīa.n.q̄ i terra fructificāt.germināt v̓tute
ſolis. Qui ſuā iſluētiā defert ꝑ lucē.⁊ vbi
nō lucet ſol nō germinat terra. Math. v°.
Solē ſuū oriri fac ſup bonos ⁊ malos.hāc
v̓tutē hūit btūs ludo. Qui pp deuotionē
miraculorum a ſe factorum. multos filios deo i
rligiōe fecūdauit ⁊ gn̄rauit.vt ipa religio
.d.bti ludo.cū habraā.gn̄.17. Vn̄ ſit mihi
pp te ⁊ viuit aīa mea.ſ.fama ob grāꝫ tui ⁊
de his oibꝰ dic btūs luda.eccliē ſcē di cū ꝓ
pha.p̄ſ. Hec ē gn̄ratio q̄rētiū dn̄ꝫ q̄rētiū
faciē dei iacob.cuiꝰ q̄ſitiōiꝫ nos ⁊c. Amē.

## ¶ De angelis.

Laudate eū omnes āgeli eius ⁊c.
ꝓpheta i pſ.1i3. Metro.2. Uo
lendo loqui de angelis. P° lo
quendū eſt de eis quantum ad
eorum creationē. Secūdo quātū ad coꝝ
caſum ſeu cōfirmationē. Tertio quantū
ad cōfirmatoꝝ ordiationē. Circa ꝑmū
occurrun octo conſiderationes.
prima conſi°. Prima eſt qñ angeli fuerūt creati. Di
cendū eſt ꝙ nō in tempore. qꝛ nōdū erat tē
pus ſed fuerunt iſta quatuoꝛ creata ſimul.
natura angelica que ſpiritualis eſt. Celū
empyreū. materia pꝛima quatuoꝛ elemēto
ruꝫ ex qb⁹ facta ſunt oia coꝛpoꝛalia. Et tē
pus. ⁊ de iſtis intelligitur illud. eccl. xviij.
Qui viuit in eternuꝫ creauit omnia ſimul
.ſ. coꝛpoꝛaleꝫ ⁊ ſpiritualē naturā. Nec ob
ſtat illud eccl. p°. Pꝛima oium creata eſt
ſapia. qꝛ intelligitur de natura angelica q̄
pꝛimo creata eſt non tempoꝛe ſed dignita
ſecūda conſi° te. Secunda cōſideratio eſt vbi angeli
fuerunt creati. Dicendū ꝙ in celo empy
reo ſm bedā: qd eſt celū ſplendidū ⁊ igneū
non caloꝛe ſed ſplendoꝛe. Iſtud celū empy
reum factum eſt ſimul cum angelis in quo
⁊ ipſi facti ſunt nec eſt illud celum qd vide
mus in quo ſunt ſtelle qd dr̄ firmamētuꝫ.
qꝛ illud nō fuit factum ſimul cū angelis i
pꝛincipio ſed ſcd̄a die vt dr̄. gñ. p°. Nec
huic ſnie. ſ. ꝙ angeli facti ſunt in celo empi
reo obſtat illud yſa. xiiij. dicēs. Aſcendaꝫ
in celum ⁊ ſuper aſtra dei exaltabo ſoliuꝫ
meum ſedebo in monte teſtim in lateri
bus aquilonis aſcendam ſuper altitudi
nem nubiū ⁊ ero ſimilis altiſſimo ⁊c. quia
celum ibi accipit̄ ꝓ equalitate dei ad quā
lucifer volebat aſcendere. Tertia conſi
tertia conſi°. deratio eſt quales facti ſunt angeli a pꝛin
cipio. Dicendū ꝙ quatuoꝛ fuerunt eis da
ta. P° ſimplicitas i eēntia. qꝛ nō ſunt diui
ſibiles nec materiales. Scd̄o diſcretio in
ſubſiſtentia. qꝛ ſingulares ⁊ perſonales.
Tertio intelligētia cū ſapia. qꝛ habuerūt
intellectuꝫ memoꝛiā ⁊ voluntatē ſeu dile
ctionem. 4°. Libertas i arbitrio. qꝛ potu
erunt ad bonū ſiue malum ſine coꝛruptio
ne ⁊ violētia ſeruari. 5°. vite i moꝛtalitas
quia ſunt in coꝛruptibiles ꝑ naturā.
Sexto nature bōitas quā nō ex virtuti
bus ſed in ſua creatione acceperūt in qua
bonitate oēs fuerunt creati equales. quarta
Quarta eſt ſi fuerūt vniformes in pꝛi conſi°.
cipio ſue creationis. dr̄ tamen ꝙ in aliqui
bus fuerunt vniformes. ⁊ in aliquibus dif
formes. vniformes fuerunt. qꝛ oēs ſpirit⁹
in moꝛtales ſunt. ſed in tribus erāt diffoꝛ
mes. Pꝛimo qꝛ alij alijs in eſſentia erāt
ſubtilioꝛes. Scd̄o qꝛ erāt alij alijs i ſapia.
ꝑſpicatioꝛes. Tertio. qꝛ erāt alij alijs in
libtate honoꝛabilioꝛes nec mioꝛ libtas ar
bitrium auferebat alicui quin liberum ar
bitrium haberent vt poſſent bonum ⁊ ma
lum libere operari. Quinta ē. quā ſciaꝫ
in pꝛincipio ſue creationis habuerūt. Di
cendum ꝙ ipſi ſciebant.
¶ Pꝛimo ꝙ facti erant.
¶ Secundo a quo facti erant.
¶ Tertio cum quo facti erant.
¶ Quarto ſciebant aliqualiter quid appe
tendū ⁊ quid fugiendum ex quadam in ꝑ
fecta notitia dei. ⁊ ſe inuicem diligebāt ſed
nō meritoꝛie diligebāt. Sexta eſt vtruꝫ
perfecti vel in perfecti fuerunt angeli crea
ti. Dicitur ꝙ ly perfecti accipitur tripliciter.
ter. Pꝛia ſm tpꝰ: ſ. ꝙ hꝫ qcqd tpꝰ reqrit.
⁊ iſto modo angeli ante lapſum fuerūt ꝑ
fecti. 2°. ſꝫ naturam. ſ. ꝙ habeat quicquid
requiritur ſue nature gloꝛificate. ⁊ hoc mō
fuerunt angeli poſt confirmationem ⁊ an
te non ⁊ hoc modo ſunt perfecti qui ſunt
ſancti in patria. Tertio perfectum ſimpli
citer. ſ. ꝙ hꝫ oēm perfectioneꝫ. ⁊ quicquid
aliud hꝫ perfectionē habet ab ipſo. ⁊ hoc
modo eſt perfectus ſolus deus. Septi
ma eſt ſi angeli mali fuerunt pꝛeſcij ſui ca
ſus. ⁊ boni ſue confirmationis. Dr̄ ꝙ bo
ni aliquam pꝛeſciam ſue confirmationis
habuerunt. ſed mali ſuum caſum nō pꝛe
ſciuerūt. vel dñdū ⁊ foꝛte melius. ꝙ neuter
ſuum euentū pꝛeſciuit. Octaua eſt ſi in
ter creationem angeloꝛum ⁊ confirmatio
nem bonoꝛum ⁊ auerſionē maloꝝ fuit ali
qua moꝛa. Dr̄ aūt ꝙ nō ſed ſtatiꝫ quo fue
rūt creati boni fuerunt ꝯuerſi ⁊ ꝯfirmati.





Mali autem auerſi ⁊ puniti: ſed bene fu
it aliqua moꝛa: ſed multum breuis inter
creationem angeloꝛum ⁊ auerſionem ⁊ cō
uerſionē. Circa ſcd̄m. ſ. circa cōuerſionē
bonoꝝ ⁊ auerſionē maloꝝ occurrūt qua
tuoꝛ conſiderationes.
Pꝛima eſt qualiter aliq angeloꝝ per
prima conſi° māſerūt ⁊ aliq ꝯuerſi fuerūt. Dicēdū ē ꝙ moꝛ
angelicis ſpiritib⁹ creatis. ⁊ i ſua natura nō
in alia ſtātib⁹ aliq coꝝ pꝛeuenti dī gr̄a nō
cooperāte q iuſtificat ipios. qꝛ ipſi nō erāt
ſed cooperāte ſine qua creatura ꝑficere ne
quit. deo ꝑ charitatē adheſerūt qua adhe
ſione ꝯfirmati ſunt ⁊ btificati in tm̄ ꝙ ma
le agere nequeūt. ⁊ ꝓꝑ hoc ſꝫ btm̄ Gre.
liberꝝ arbitriū nō perdiderūt. Alij āt a dō
ſe per odiū auerterūt qua auerſiōe fci ſunt
dānati ⁊ mali ⁊ totaliter dānati i tantū ꝙ
nunq̄ bñ agere pñt. Et nō minus liberuꝫ
arbitriū ꝑdiderunt. nec valet excuſatio ſi
dicat̄ ꝙ ipſi culpabiles nō fuerunt cū eis
deus ſuā grāam operātē ſine qua nemo ꝑfi
cere pōt. nō donaret. qꝛ ⁊ ſi ꝑficere ſine ea
nō valebāt: poterāt tñ illi i ſue nature pu
ritate ꝑſiſtere: nec deū odire tandē dei gra
tiā expectare. quā de⁹ penitus ꝯdonaſſet.
ſecūda conſi° Secunda cōſideratio eſt de ruina ma
loꝝ. vbi ſciendū ē ꝙ maloꝝ angeloꝝ ruē
tiū aliqs maioꝛ alijs. nec eo maioꝛ in ꝑre
manētes q dr̄ lucifer elatus ſuperbia inſla
tus inuidia. ait yſa. xiiij. Aſcēdam in celuꝫ
⁊ ponā ſedē meā in aqlone ⁊ ſilis ero altiſ
ſimo. Qui ſtatim cū ſuis ſequacibus inter
quos ⁊ de maioꝛib⁹ ⁊ de minoꝛibus erāt
in iſtum caliginoſum aerē deiectus ē. non
dimiſſus ſtare in celo. q locus amenus eſt
nec in terra ne nos nimis moleſtaret. ſed in
aere ipſe ⁊ ſequaces ſui deiecti ſunt. ⁊ ibi
dimiſſi vt nos exercitarent. Nihilominus
coꝝ aliqui ⁊ foꝛte alternatim in infernuꝫ
ad animas maloꝝ cruciandas deſcendūt.
Ipſe vero lucifer pꝛimum adaꝫ tēptando
in paradiſo. poſtea xp̄ꝫ in deſerto tēptauit
a quo deuictus. eiect⁹ eſt in inferno ⁊ dr̄ li
gatus vſqꝫ ad tempoꝛa antixp̄i. quo tem
poꝛe ſoluendus eſt ⁊ ad tēptandum hoies
vires maximas recepturus. Poſtq̄. ſ. im
pleti fuerint mille āni de qb⁹ dr̄ i apoc. 2.
Uidi angelū deſcendentem de celo hn̄tē
tem clauem abiſſi ⁊ catenā magnā in ma
nu ſua ⁊ appꝛehendit draconem ſerpenteꝫ
antiquū qui eſt diabolus ⁊ ſatanas ⁊ liga
uit eum annos mille ⁊ miſit eū in abiſſuꝫ
⁊ clamauit ⁊ ſignauit ſuper illū vt nō ſedu
cat amplius gentes donec conſument an
ni mille ⁊ poſt hec oꝫ illum ſolui modico.
Et ſciēdū. ꝙ ſicut i bonis anglis ⁊ hoib⁹
vſqꝫ ad finem mundi poſt quē euacuabit̄
ois pꝛelatio. qa alij alijs pꝛeſunt. ita eſt in
demonib⁹ pꝛelatio vſqꝫ ad tempus illud. ſ.
fineꝫ mūdi ⁊ alij alijs ſunt maioꝛes. ſꝫ ma
ioꝛes de maioꝛibus vicijs temptant. ⁊ mi
noꝛes de minoꝛibus. Sed cum aliqs eoꝝ
a ſcō viro i alicui⁹ vitij tēptatione deuicit̄
amplius temptandi de illo vitio non ha
bet poteſtatē. Multum ergo lucrant̄ ſan
cti hoies vitioꝝ tēptationibus reſiſtendo
ex quo de iſto vitio amplius nō tēptantur
⁊ auferunt̄ a diaboli poteſtate.
Tertia conſiderō eſt quam poteſtatem tertia
demones hñt ducendi nos ad operandū. conſi°.
Dicendum ꝙ ex ſubtilitate nature vel ex
tempoꝝ longa experientia vel ex reuelatio
ne bonoꝝ angeloꝛum quā deus aliquan
do permittit fieri faciunt opera mirabilia
in tantum ꝙ videntur creare. vt patet i ar
tibus magicis. quas per ipſos ad maloꝛuꝫ
excidium ⁊ bonoꝝ exercitiū deo permitten
te operant̄. Nā magi pharaonis ſerpētes
creare videbantur. nec tamen in veritate
creabant. quia hoc ſolius dei eſt. ſed rōnes
ſeminales per ipſum deum in materijs cō
creatas. per ſui ingenij ſubtilitatem aſſu
mentes. ⁊ alijs elementis rarioꝛibus vel
ſpiſſioꝛibus vt expedit commiſcentes vide
bantur creare ſerpentes. nec non alias fa
cere operationes ⁊ hoc deo permittēte vt
dictum eſt. quia ſciniphes magi pharao
nis facere nequiuerunt. quia deus hoc de
monibus non permiſit pꝛopter quod ma
gi vidētes ſciniphes a deo factos ꝑ Moy
ſen dixerunt exo. viij. Digitus dei eſt hic.
Quarta conſideratio eſt. ſi angeli vel de quarta
mones habent coꝛpus. Et dicit Auguſti conſi°.
nus ſuper Geñ. ꝙ omnes angeli habent
coꝛpus de ſubtiliſſimo aere quibus ad agē

dum non autem ad patiendū habiles erāt que corpora adhuc remanēt in angelis bonis. In malis autem. qꝛ eiecti ſunt in aerem groſſiorem. groſſiora corpora inde aſſumpſerunt in quibus a ſuperioribus ⁊ a extrinſecis elemētis eiuſmodi ſunt ignis ⁊ aer pati poſſunt. Alia opinio ⁊ modernorum doctorum eſt. angelos eſſe incorporeos. ſed cum ad noſtrum miſteriuꝫ in ſpecie viſibili ⁊ corporea aliquando veniunt. Hoc eſt. quia corpus deo preparante aſſumunt per iſtum modū deus pluribus ſanctis apparuit. ⁊ tamen deum patet eſſe incorporeum. nec vnquam alicui ſecundum eſſentiam ſuam apparuiſſe que inuiſibilis ⁊ immaterialis eſt. quia deum nemo vidit vnquam vt habetur in. Io. p°.

Circa tertium. ſ. de ordinibus angelorum occurrunt ſeptem conſiderationes.

Prima eſt. quid eſt ordo angelorum Dicendum eſt quod ordo angelorum eſt multitudo celeſtium ſpirituum qui in aliquo munere gratie aſſimilantur ſicut in naturalium donorum participatione conueniunt. Secūda eſt. qui ſint ordines angelorū. Dicitur ꝙ tota multitudo angelorum diſtinguitur in tres partes ſiue ordines. vt in eis ſimilitudo trinitatis exprimatur. Prima ierarchi eſt trium ordinū ſcilicet. Seraphin. Cherubin. Throni.

Secunda. dñationum. principatuuꝫ poteſtatuum. Tertia: virtutum: archangelorum: ⁊ angelorum. Et notandum ꝙ hec nomina. non ad eorum ſed ad noſtram notitiam angelis ſcd̄m munera gratiarum ſunt impoſita. vnde ſuperiori ordini impoſitum eſt nomen a ſuperiori virtute. ſ. charitate. vnde ſeraphin interpretatur ardor.

Secundo ordini impoſitum eſt nomen a ſecunda virtute. Interpretatur enim cherubin. plenitudo ſcientie. ⁊ ſic de alijs ſuperioribus. Throni dicuntur ſedes dei. qꝛ ſecundum beatum Gregorium tanta dei gratia implentur. ꝙ in eis ſedere deus dicitur ⁊ per eos iudicia diſcernūtur. Dñationes dicuntur. quia principatus ⁊ poteſtates tranſcēdūt. Principatus dicunt̄. qꝛ ſuis ſubditis que ſunt agenda diſponunt ⁊ agēdo diuina miſteria principant̄. Poteſtates dicuntur. Quia aduerſarias virtutes ſpeciali officio expellunt. Virtutes vocantur ſigna ⁊ miracula ſpecialiter facientes. Archāgeli dicuntur qui ad maiora nūcianda mittuntur. Angeli qui ad minora. Iſtas gratias. licet alij alijs habeant excellentius. nec tamen taliter quin omnes ardeāt charitate ⁊ polleant ſcia ⁊ ſic de alijs. Nec eſt putandum ꝙ ſuperiores in oībus donis preceteris non polleant. qꝛ non dicūtur Cherubin ſcientiam habere excellentius q̄ ſeraphin: ſed econuerſo. vnde nō eſt facienda comparatio alicuius ordinis ad ſuperiores ordines ſed ad inferiores quas in omnibus donis precedunt precipue in iſto cuius vocabulum tenent. quod eſt excellentius omnibus ſequentibus donis.

Tertia conſideratio eſt. ſi erant iſti ordines a principio creationis angelorum. Dicendum ꝙ non habebant adhuc charitatem dei propter quam ſit ordo ſeraphin. nec ſcientiam propter quam ſit ordo cherubin ⁊ ſic de alijs. Nec obſtat ꝙ apoſtolus Ephe. vj. aſſignat in reprobis duos ordines. d. Non eſt nobis colluctatio aduerſus principes ⁊ poteſtates ⁊ aduerſus mundi rectores tenebrarum harum cōtra ſpiritualia nequitie in celeſtibus. quia hoc non dicit ꝙ in illis ordinibus ſint vel fuerint. ſed quia fuiſſent ſi perſtitiſſent cum ſue nature ſubtilitate. ⁊ ſui ingenij perſpicacitate. eis ordo ⁊ nomen ⁊ gratia a quibus ordo dicitur ⁊ nomen ordinis aſſignatus fuiſſet.

Quarta conſideratio eſt. ſi omnes angeli eiuſdem ordinis ſunt equales. Dicendū ꝙ ſicut in ordine apoſtolorum alter altero eſt excellentior: ſic in vno ordine angeloruꝫ alij alios excedunt. Lucifer enim de ſuperiori ordine erat ⁊ tamen ſi ſuperſtitiſſet alios eiuſdem ordinis exceſſiſſet. Quinta quo ad extra mittendos. vtrum. ſ. omnes mittantur Dicendum eſt ꝙ angeli ſupreme Ierarchie innuunt voluntatem dei illis de media ierarchia. Et illi de media illis de infima ⁊ illi de infima nobis. Ita ꝙ illi ſupremi ab aſpectu dei nunquam recedunt ſecunduꝫ dionyſium iuxta illud danī. vij. Decies centena milia aſſiſtebant ei.

Nec obſtat illud yſa. vj. Volauit ad me vnus de ſeraphin. Exponit dionyſi. ꝙ iſto nomine vocabatur. propter officium quod gerebat. ſcilicet. quia venit incendere ⁊ inflāmare Iſaiam caritate. quia ſupremi medijs: ⁊ medij infimis ⁊ infimi nobis miniſtrant ⁊ nunciant. Omnes enim ſecunduꝫ apoſtolū ad hebre. primo ſunt adminiſtratores ſpiritus. Nec hoc obſtat. qꝛ ex ſpeciali conceſſione ⁊ gratia de maioribus ſunt miſſi quandoque extra. Michael enīꝫ qui interpretatur vt deus. Gabriel qui interpretatur fortitudo dei. ⁊ Raphael qui interpretatur dei medicina de maioribus eſſe dicuntur. ⁊ tamen ad extra quandoqꝫ ſunt miſſi vt patet multipliciter in ſcriptura.

Sexta conſideratio eſt. de cuſtodia quā habent angeli de nobis. vbi ſciendum eſt. ꝙ quilibet homo habet vnum angeluꝫ bonum pro cuſtodia ſui ⁊ vnum malum pro exercitio. quia licet omnes angeli nos cuſtodiant tamen ille qui eſt alicui ſpecialiter deputatus habet de eo curam ſpecialem. Et ſimiliter eſt de demonibus ad expugnādum. Et notandum ꝙ oportet vnum angelū cuſtodire plures hoīes ſiu̇ vel viciſſiꝫ vel ſucceſſiue. qꝛ maior eſt numerus hominum q̄ angelorum bonorum ⁊ per ꝯñs cū ſolum homines electi aſcendere debeant ad numerum angelorum ⁊ per ꝯñs numerus omnium hominum eſt maior q̄ numerus omnium angelorum cum numerus bonorum excedet numerum malorum. Sic ergo intelligit̄. Primo ꝙ vnus angelus ſimul cuſtodiat plures homines. nec propter hoc tollitur quin quilibet homo habeat angelum ſpecialem. ſicut licet vnus abbas deſit pluribus monachis. quilibet tamē monachus dicitur habere ſuum ſpecialeꝫ abbatem. Secundo ꝙ vnus angelus cuſtodiat vnum hominem tantum. Et illo mortuo datur alteri homini ad cuſtodiam. qꝛ poteſt eſſe ꝙ plures vel tot ſunt angeli boni vel mali quaꝫ omnes homines in eodē tempore viuentes. Septima eſt ſi angeli proficiant in cognitione. Dicēdum eſt ꝙ illi quibus datum eſt vacare miſterio trinitatis non proficiunt. quia ſecundum Gregorium. quid eſt quod neſciunt qui videntem omnia vident. Illi autem qui nō vacant trinitatis miſterio. ſicut ſunt minores angeli proficiunt in cognitione vt patet de miſterio incarnationis. ꝙ angeli minores non perfecte intellexerunt vſque ad aſcenſionem ⁊ apoſtolorum predicationē. vbi icarnationē iuxta illō apl̄i ad Eph. 3. d. que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo qui creauit omnia vt innoteſcant principatibus ⁊ poteſtatibus celeſtibus per eccleſiam multiformis ſapiētia dei ſꝫ prefinitioneꝫ ſeculorum. Super que dicit Aug. angelice dignitates prefatum miſterium complete non intellexerunt donec compleretur paſſio chriſti. ⁊ apoſtolorum predicatio per gentes eſt dilatata. qđ Iero. dicit intelligendum eſſe de angelicis dignitatibus inferioribus que non vacant miſterio trinitatis vt dictum eſt. Qui iſta voluerit videre probata ad ſecundum librum ſententiarum recurrat. di. 2ª. ⁊ ꝯſiter vbi magr̄ tractat de āgelica natura. Amē.

¶ Sermo de angelis

Erunt ſicut angeli dei in celis. Math p°. capi. Qui vult bene loqui ⁊ intelligere linguaciū aliquod oportet cum conuerſari cū loquentibus tali linguagio aliter non poſſet ſcire linguagium illud. Ideo in Io. dicitur quomodo hic litteras ſit cum non didicerit. Chariſſimi linguagiū angeloꝝ eſt verbum dei. Iſto enim linguagio vtuntur in celo deum laudando. p̄s. 154. Metro. 2°. Laudate eum omnes angeli eius. Et per ipſos deus loquitur ⁊ dicit nobis voluntatem ſuam Apoc. p°. Significauit deus que oportet fieri cito loquens per angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni. Et ideo qui vult loqui vtiliter ⁊ intelligere verbuꝫ dei debet conuerſari cum angelis Modus autem conuerſandi cum eis eſt ſanctam ad ſuperiora aſſectionem. ⁊ deuotam orationeꝫ. Et ideo in principio noſtri ſermonis eleuabimus mētes nr̄as ad ſanctos angelos ⁊ loco orationis reginā angeloꝝ deuote ſalutabimus. d. Aue maria. ⁊cetera.

Erunt ſicut angeli in celis. vbi ſupra:
Dicitur cõiter ⁊ vidimus frequenter ꝙ ꝑ
ſone ſimilis conditionis ſunt eiuſdem co-
habitatiõis ⁊ diſſimilis conditionis non
ſunt eiuſdem habitationis. Nã pariſius
ſcholares diuerſarum facultatum ſeu con-
ditionũ vt artiſte ⁊ legiſte: bõi ſcholares ⁊
mali n̄ habitãt libẽter i eodẽ hoſpitio. Nõ
cõicabit lupus cũ agno: ſic nec peccator cũ
iuſto. Deus etiã nõ libẽter habitat in cor-
pore ſubdito peccatis. q2 deus ⁊ peccatuȝ
nõ ſunt ſimilis cõditiõis: que cõuentio ẽ
xp̄i ad belial. Ratio vniuerſalis ad omia
iſta eſt. q2 vnũ quodqȝ naturaliter trahit̄
ad ſuũ ſimile ⁊ fugit ſuũ diſſimile. Eſt igi
tur verũ ꝙ pſone ſimilis cõditionis liben-
ter ſunt eiuſdẽ cohabitatiõis. modo ita ẽ
ſm̄ Grego. in homelia de decem virgini
bus: ꝙ bone pſone ⁊ ſancte in hoc mundo
habent conditiones ſimiles angelis: qđ ſic
oſtẽditur ꝑ ipſuȝ. Naȝ nouẽ ſunt ordines
angelorũ teſtãte ſacro eloqo. Dicim⁹. n.
vt pȝ in miſſa: in pfationibus: angelos: ar
changelos: virtutes: poteſtates: princip-
tus: dominationes thronos: cherubin. ⁊
ſeraphin. Et nota ꝙ ad quẽlibȝ iſtorum
ordinum aliq̄ hoies ſunt deputati ⁊ cõti-
nue aſſumunt̄ ſm̄ diuerſas conditiões ſeu
pfectiones hoium diuerſorum angelorũ
diuerſoruȝ ordinum aſſimilantiũ. Quidaȝ
eniȝ hoies ſunt q̄ cuſtodiunt ſe ipſos fideli
ter a peccato mortali: ⁊ non ſoluȝ ſe ipſos
cuſtodiũt: ſed ⁊ alios quos ſciunt peccare
ſiderō. habetur Joannis.io. Quia ioannes quidem ſignum fecit nullum. Sed oritur difficultas.quare.b. Joannes nulluꝫ fecit miraculum. Dicitur ꝙ ſicut chriſtus ex ſua humilitate ⁊ benignitate detulit beato ioanni vt nollet predicare publice quam diu ipſe predicauit.ſed expectauit donec fuit poſitus in carcere. Math.iiij°.Et Mar.p°. Ita conueniens fuit vt beatus ioannes deferret chriſto ne miranda faceret ipſo preſente in hoc mundo. Et iſtius reuerentie ſunt quatuor exēpla in rebus mundi.

Primum quidem in politicis subordinabilibus in quibus dicitur ꝙ aduenientē principe ceſſat magiſtratus.

Secundum eſt in eccleſiaſticis ſubalternationibus in quibus celebrante pontifice ſummo.⁊ cuꝫ miro ornatu mitrato nullus inferior pontifex auderet cum ornata mitra apparere.

Tertium exempluꝫ eſt in humanis perfectionibus.quia videmus ꝙ anima ſenſitiua in homine non habet quaſdam naturales induſtrias nec vires extimatiuas quas habet in brutis pro eo ꝙ eſt ſociata anime intellectiue que poteſt illis omnibus prouidere.⁊ ideo ceſſat anima ſēſitiua:anima intellectiua ſibi aſſociata in talibus vigēte.

Quartum exemplum eſt in corporibus ſupracæleſtibus. vbi omnia luminaria lucent de nocte ſed adueniēte ſole omnia ceſſant lucere ex habundantia claritatis ſolaris. vnde ſi aliqua ſtella ſeu planeta cōcurrat cum ſole:ſtelle ſeu planete claritas non percipitur.ſic Joannes ſe habuit ad chriſtum ſicut ſtella matutina ad ſolem.

Uigeſima ſeptima conſideratio eſt.de ipſius decollatione facta per herodem de qua Mar. vj. Unde eſt notandum ꝙ ſecūdum Aug.in mirabilibus ſacre ſcripture quatuor ſunt inſignia in quibus conſiſtit perfecta iuſtitia.

¶ Primum eſt ſacerdotium.

¶ Secundum eſt martirium.

¶ Tertium eſt virginitas.

¶ Quartum eſt doctrina.

¶ Iſtud quartuꝫ non ponit.ibi.ſed cōmuniter ponitur a doctoribus inter illa inſignia quibus promeretur Aureola ipſa ſalutaris doctrina. Et ſecundum illa quatuor inſignia inuenitur quadruplex corona in diuina ſcriptura.

Prima quidem aurea que debetur ſacerdotibus exo.xxv.ca. Facies quoqꝫ coronam auream.

Secunda de lapide precioſo que debetur martiribus.ps.20.Metro.3°. Poſuiſti in capite eius coronaꝫ de lapide ꝑcioſo.

Tertia eſt roſarum que debetur virginibus.cantico.fulgite me floribus.

Quarta ſtellarum que debetur doctoribus apoc.12.ca. In capite eius coronam ſtellarum.12. Et ſecundum illud danielis. xij. Fulgebunt docti ſicut ſplendor firmamenti.⁊ qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates.

Et illa quatuor inſignia fuerunt inuenta in Abel ſecundum Aug. vbi ſupra.

Primo ipſe fuit ſacerdos ſanctus in hoc ꝙ ſacrificium digne obtulit.gn̄.iiij.

Secundo martir in eo ꝙ in odium diuini miraculi interfectus fuit cum inflammaſſet dominus munera eius.eodeꝫ capi. ſecundum aliam tranſlationem.

Tertio fuit virgo.q: nunq̄ incarnaleꝫ copulam conſenſit ſicut de eius virginitate perhibet Aug. vbi ſupra. Quarto fuit doctor q: dicit hiſtoria ſuper.gn̄.ꝙ ideo fuit interfectus cōcitato ⁊ ꝓuocato Cayn dum ſimul irent in agro.q: ipſum dirigēdo redarguebat de peccato ſuo. Et iō hac quadruplici corona fuit illuſtratus.

Nunc ad propoſitum ioannes baptiſta fuit ad inſtar abel.⁊ ideo habuit iſta quatuor inſignia. Primo fuit ſacerdos in eo ꝙ baptiſmuꝫ lauacri miniſtrauit quaſi dans ſacra.⁊ ipſe fuit de gn̄ere ſacerdotali.

Secundo fuit martir.q: pro ueritate decollationem ſuſtinuit ab herode.

Tertio fuit virgo.q: in celibatu ſublimi perſeuerauit. Quarto fuit doctor. q: ſolēniſſime chriſtum euangelizauit. Et ideo ſunt ſibi debite date iſte corone.

Uigeſima octaua conſideratio eſt.de ipſius relegatione in infernum quo ad illuꝫ locum qui dicitur ſinus habrae cum ceteris ſanctis patribus ſecundū illud Jacobi gn̄.xxxvij.ca. Deſcendam lugens filiuꝫ meum in infernum. Sed occurrunt quatuor difficultates. Prima eſt.quare beatus ioannes deſcendit ad illum locum.

Dicitur ꝙ rō cōmunis omnium deſcendentium ad illum locum erat. Q: precium redemptionis humane nondum ſolutum erat. Ratio autem ſpecialis in iſto fuit ſecundum Bregorium ſupra Math. vt ſicut prenunciauerat chriſti aduentum ī hoc mundo. Ita prenuntiaret eum in inferno eſſe venturum poſt ipſuꝫ. Secunda difficultas.quando beatus Joannes ad infernum deſcendit: Dicitur ꝙ ſtatim vt fuit mortuus.q: ſicut habetur ex dictis euangeliſtis xp̄s non incepit publice predicare donec beatus ioannes fuit detenctus in carcere. Et ſic circa principium predicationis chriſti fuit detenctus.⁊ per ꝯn̄s ſi detēctio non fuerit multum moroſa.ſequitur ꝙ ſatis circa illud principium ad infernum deſcendit. Si autem eius detentio fuit moroſa tūc oꝫ eius deſcenſuꝫ plus ꝓlongare.

Tertia difficultas per quantum tempus Joannes predicationis officium in inferno exercuit. Dicitur quod ſi breuis fuit eius detenctio circa triennium.ibi.predicauit chriſti aduentum ſcilicet vſqꝫ ad chriſti deſcenſum ad inferos. Poſſet tamen cōmuniter cogitari ſi beati Joannis detēctio fuit prolixa ſicut videntur innuere euangelica dicta.quod ſicut per ſex menſes fuit natus ante chriſtum.⁊ quaſi per ſex menſes prenunciauerit ipſum in hoc mundo quod ita per ſex menſes prenunciauerit ipſum in infernum. vnde dicitur in euangelio nicodemi quod inter ceteros Adam pater requirebat diligenter de chriſti aduentu ſicut in quibuſdam codicibus inuenitur quamuis hoc ſit apocriſum.

Quarta difficultas.quando inde exiuit. Dicitur quod in die reſurrectionis domini qua die chriſtus expoliauit infernum.iuxta illud Oſee.13. O mors ero mors tua:morſus tuus ero inferne. Unde eſt notandum ꝙ quatuor perſone reperiuntur in euangelio que ad inferos potuerūt ꝓhibere teſtiᵐ de aduētu xp̄i ī īfernū.

Prima perſona fuit Simeon.qui preueniens chriſti mortem per xxij. Annos longo tempore potuit teſtificari illum quē viderat. Luc.2°. Homo erat in ieruſalem cui nomen erat Simeon ⁊ homo iſte iuſtus ⁊ timoratus.

Secunda perſona fuit Joſeph ſponſus virginis qui creditur obiiſſe poſtquam ſaluator habuit duodecim annos quāuis hoc nō ſit expreſſum in diuinis ſcripturis.

Tertia ꝑſona fuit btūs Lazarus q cū eſſet xp̄i diſcipulus ad īferos an̄ eius paſſionē ductus ē. Jo.xi.c. Potuit teſtificare ūitatē quā viderat. Quarta ꝑſona fuit ioānes bapª. cuius teſtiᵐ fuit ſolēnius q̄to ꝑclaritas eius virtutis fuit manifeſta omnibus intuentibus beatiſſimā aīam eius coruſcantē.⁊ ideo de ipſo ſolo faciūt ſci mentionē ꝙ in inferno fuerit precurſor chriſti.

Uigeſima nona ꝯſiderō ē.de eiꝰ aſſūptione ī celū.ad cuiꝰ declarationē ꝑmittūtur q̄tuor ꝑambula. Primum ꝙ btūs ioānes rediens ab inferis non creditur fuiſſe — xxix. cō ſidera:

de numero ſanctorum illoꝝ qui cum xp̄o ſurrexerunt.qꝛ de illis ſtat argumentum ꝙ in corpore ⁊ anima ſunt glorificati. cuius oppoſitum conſtat de beati ioānis corpore cuius venerande reliquie ſunt in terris. qꝛ caput eius dicitur eē in ſancto ſilueſtro de roma. Secundum preambulum. ꝙ anima beati ioānis poſt regreſſum ab inferis fuit q̄draginta dieb⁹ in hoc mundo.qꝛ tot diebus xp̄s pſeuerauit poſt ſuaꝫ reſurrectionem cum diſcipulis ſuis. act.p°.capi.

Tertiuꝫ p̄ambulū.ꝙ iſtis quadraginta diebus dicitur permanſiſſe cuꝫ ceteris ſanctis in paradiſo terreſtri·qꝛ ille locus videbatur cōuenientior omnibus ſanctis iam clarificatis q̄uis iſtud non ſit autenticū ex canone ſacro. Quartum preambulum. ꝙ toto iſto tempore annima Joannis fuit perfecte beata in contemplatione diuinitatis.quia beatitudo non eſt actus rapti trāſiens.ſed immobiliter permanēs. Et ideo ſemel beatus nunq̄ efficietur non beatus ſecundum Aug. Ex hijs ergo ſequitur ꝙ ipſe fuit aſſumptus in die aſſcenſionis xp̄i.

Sed occurrit diffi.quare non ſolēnizamus intranſitu beati ioannis.ſicut ſolēnizamus in tranſitu ceterorum ſanctoruꝫ notabiliter. Dicitur ꝙ ceteri ſancti in ſuo tranſitu aſcenderunt in celum.⁊ ille deſcendit in infernum vt patuit.⁊ iterum iſte non fuit ſtatim glorificatus.

xxx. cōſidera°

Trigeſima conſideratio eſt. De ipſius mirabili collocatione in celum facta a chriſto.in celum aſcendente.⁊ cuilibet ſanctorum locum ſibi debitum diſtribuente.⁊ ꝙ ipſe fuit collocatus in throno luciferi. ga multa licet mortalibus probare que non licet ipſis determinare.⁊ ad hoc probandū quatuor preambula premictuntur.

Primum ꝙ.quando celum empyreuꝫ fuit creatum:fuerunt in eo determinate certe manſiones ab eo diſpoſite ſecundum p̄finitum numerum electorum. De quibus manſionibus. Jo.xiiij°. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Et iſte manſiones vocantur ſedes.

Secundum ꝙ omnes manſiones fuerunt plene angelis ſanctis in ſingulis manſionibus collocatis. vnde beda. Celuꝫ empyreum mox vt fuit creatum:fuit ſanctis angelis repletum. ſecundum illud implete ſunt nuptie diſcumbentium.

Tertium ꝙ.alique iſtaruꝫ manſionuꝫ fuerunt euacuate per ruinam quorundaꝫ angelorum:ſecundum illud quod dicitur Apoc.xij.ꝙ cauda draconis traxit tertiaꝫ partem ſtellarum celi ⁊ miſit eas in terrā.

Quartum preambulū ꝙ ille ſedes que fuerunt euacuate a ſpiritibus malis per luciferum ſunt ad implende per glorificationem hominum electorum a xp̄o:ſecundum ꝙ dicitur in cantico Moyſi de vtero.32.capi°. Metro.xj. Conſtituit terminos populorum.i.numerum hominuꝫ electorum iuxta, numerum filiorum iſrael. ſ.dei.i.angelorum lapſorum vt dicit alia tranſlatio. Ponuntur autem ⁊ alia quatuor preambula magis propinqua.

Primum eſt.ꝙ lucifer fuit in ſuppremo throno omnium angelorum a principio collocatus.qꝛ ſibi fuit dictum ezechielis.xxviij. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientja.⁊ perfectus decore in delicijs paradiſi dei fuiſti:omnis lapis preciuſus ornamentuꝫ tuum.ſardius. Topatius ⁊ iaſpis chriſolitus ⁊ onix ⁊ beryllus. Saphyrus ⁊ carbunculus ⁊ ſmaraldus. Aurū opus quoqꝫ decoris tui ⁊ foramina tua in die qua conditus eſt preparata ſunt. Tu cherub extentus: ⁊ protegens ⁊ poſui te in monte ſancto dei i me° lapidum ignitoruꝫ ambulaſti donec inuenta eſt iniquitas in te. vbi deſignatur ꝙ nouem ordines angelorum ſibi fuerunt ſubiecti ſecū dum Iſidorum libro de ſummo bono.io.

Secundum ꝙ de illa manſione lucifer fuit expulſus yſa.xiiij. Quomodo cecidiſti lucifer de celo qui mane oriebaris corruiſti in terram qui vulnerabas gentes.qui dicebas in corde tuo in celum conſcendam ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſti in lateribus aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero altiſſimo ⁊cete.

Tertium ꝙ aliquis ſanctus eſt ad illaꝫ ſedem.vnde corruit lucifer.aſſumptus vel



aſſumendus:alioquin remaneret vacua.

Et confirmatur duplici ratione. Tuꝫ quia paulus ad Roma.xj. Loquēs de electione gentium:⁊ reprobatione Judeoruꝫ ſupponit iſtam regulam. Quod qn̄cunqꝫ aliquis ramus a felicitate excidetur aliquis loco eius inſeritur. Nam ſic eſt textus.ſi aliqui ex ramis fracti ſunt tu autem cum oleſter eſſes inſertus es in illis ⁊ ſocius radicis ⁊ piguedinis oliue factus es.

Tum qꝛ Jo.apoc.3. Dictum fuit. Tene ꝙ habes vt nemo accipiat coronam tuam.vnde videtur accipi documētum. Qd̄ ſi aliquis ammitteret gloriam que ſibi eſt preparata opporteret ꝙ alius ſuſtitueretur ne numerus electorum variaretur.

Quartum preambulum ꝙ ille ſanctus qui eſt ad iſtam ſedem aſſumptus vel aſſummendus eſt ſanctorum omnium eximius.qꝛ cum ſancti aſſummantur inter ordines angelorum ſicut conciues. ſecundum Grego.ſuper Math.talis ē ordo Jerarchicus inter ſanctos qualis eſt inter angelos.Et ideo ſicut lucifer ſi ſtetiſſet fuiſſet omnium angelorum ſuppremus. Ita ille aſſummendus debet eſſe omnium ſanctoruꝫ ſummus. Iſtis autem premiſſis ſeq̄tur concluſio manifeſta ex dicto ſaluatoris. Math.xj.capi. Inter natos mulieruꝫ non ſurrexit maior ioanne baptiſta. Si ergo beatus ioannes fuit ſanctorum eximius ſibi debetur ille thronus. Sed contra dicitur quadrupli̇r. Tū primo.qꝛ diceretur ꝙ virgo Maria que eſt omnium perfectiſſima in hac ſede fuit collocata. Secunda via eſt·ſi dicatur ꝙ licet inter natos mulierum non ſurrexit maior:forte tamen ſurrexit equalis. Tertia via ſi dicatur ꝙ beatus ioannes fuit maioris meriti q̄ fuiſſet lucifer.Et ideo fuit amplius ſublimandus. Quarta via.quia licet tunc nō ſurrexiſſet maior:tamen non dixit ſaluator qn maior ſurrecturus eſſet fuit enim de preterito loquutus licet non de futuro. Et tunc illi ille thronus eſſet ſeruandus.

Contra primam viam eſt dictum beati Jeronimi ad paulam ⁊ euſtochium:ꝙ ipſa ſuper exceſſit omnia merita angelorum: ⁊ per ōīs tranſuolauit omnia premia ipſoruꝫ. Et ideo canit eccleſia. Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad celeſtia regna. Confirmatur per beatum Gregorium qui dicit in perſona omnium ſanctorum. Illic regina omnium tranſcendit culmen ordinum.

Contra ſecundaꝫ viam eſt dictum beati Dionyſij de angelica ierar°. vbi intēdit oſtendere:ꝙ ſinguli angeli in celeſti Jerarchia aut illuminant alios:aut illuminantur ab aliis mediate vel in mediate. Et ſicut cum illuminans ſit ſuperius illuminato nō eſt inuenire ibi duos totaliter pares.

Contra tertiam viam eſt dictum eiuſdem Jeronimi.vbi ſupra ꝙ non eſt fas credere de aliquo alio ſanctorum ſcilicet preter virginem benedictam ꝙ aliquis tranſcenderit merita omnium angelorum. Et ſic iſte non potuit aſcendere vltra iſtam ſedem Et per hoc intelligatur illud prophete.p̄s.io2. Metro.io. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur.

Contra quartam viam eſt beatus dionyſius de eccleſiaſtica Jerarchia.quod apoſtoli ſunt perfectionis duces ceteris ſequentibus eos. Et ſic cum duces ſint meliores in communitate optima, non eſt expectandum quod poſteriores excedant meritum apoſtolorum. Iſtis ergo preſuppoſitis eliciuntur due concluſiones.

Prima eſt.ꝙ beatus Joannes eſt Jerarcha omnium angelorum in celeſti patria. Quia in tali gradu eſt conſtitutus ſecundum premiſſa in quali fuiſſet lucifer ſi permanſiſſet. Ipſe autem fuiſſet princeps omnium ſi ſe conuertiſſet ad bonum ſecū dum Iſidorum de ſummo bono. Et per conſequens beatus Jo. tenet locum eius vt per hoc dicit propheta. p̄s.io7. Metro.xvj. Dilexit maledictionem ⁊ veniet ei ⁊ voluit benedictionem ⁊ elongabitur ab eo ſcilicet lucifero ⁊ eodem.p̄s. Epiſcopatus eius accipiet alter.ſ.b. Jo.

Secunda concluſio quod ipſe eſt ierarcha omnium ſanctorum in ordinibus angelicis conſtitutorum.quia in tali gradu eſt quilibet ſanctus in quo fuiſſet:ſi permā

ſiſſet: preuaricator angelus ſi ſe conuertiſſet ad bonum. Sed omnes illi angeli fuiſſent lucifero ſub ordinati. ergo ⁊cete.

Ex illa magnificentia ſequuntur octo priuilegia.

Primum eſt. ꝙ ipſe eſt omnibus alijs potentior. ⁊ ideo habet omnes alios regere. qꝛ cum ierarchatus ſit ſacer principatus. ſecundum dionyſium omnis principatus eſt quidam poteſtatus. Et ideo omnis princeps quanto maior tanto potentior. Iſte autem princeps eſt in celeſti Ierarchia maximus. ergo eſt potentiſſimus. Cuius poteſtatis ſignū eſt. Quia ipſe poteſt mittere alios cum ſuperioris ſit mittere inferiorem ſecundum Dionyſium de angelicha ierarchia.

Secundum ꝙ ipſe eſt omnibus alijs ſuperior. Et ideo habet omnes ſurſum agere in deum. qꝛ ſecundum dionyſium. vbi ſupra in celeſti Ierarchia ſuperiores habent virtutem ſurſum actiuam ſibi ſubiectorum ad eleuandum ipſos ſupra ſemet ipſos ideſt ſupra ſuam facultatem intrinſece virtutis.

Tertium ꝙ ipſe eſt omnibus alijs dignior. ⁊ ideo habet a ceteris venerari. quia cum principatus ſit quedam dignitas. In quolibet ordine ille qui eſt princeps principum eſt dignior omnibus alijs principantibus. Talis autē eſt ille qui principatur in ordine ſuppremo cum ſit Ierarcha omnium vnus.

Quartum ꝙ ipſe eſt omnibus alijs pulchrior. ⁊ ideo habet totam illam eccleſiaſticam decorare. Cum enim pulchritudo ſpiritualis conſurgat ex ſpiritualibus ornamentis ſicut corporalis ex corporalibus: p̄cioſiſſimi ornatus inueniuntur in illo qui eſt ceterorum ierarcha cum ipſe tranſcendat ceteros in ſpiritualibus bonis. ſecundum dionyſium. vbi ſupra quemadmodū ſcribentes libros ponunt in capite litterarum pulchriorem.

Quintum ꝙ ipſe eſt omnibus alijs purior. quia ſpiritus quanto fuerit ab infimis eleuatus: tanto eſt magis ab iſtis depuratus. Et ideo cum ierarcha ſummus ſit ab infimis elongatiſſimus oportet ꝙ ipſe ſit puriſſimus. vnde habet omnes inferiores purgare per primum actum ierarchicum quem ponit Dionyſius. vbi ſupra.

Sextum priuilegium. ꝙ ipſe eſt omnibus alijs ſplendidior in lumine vere ſapientie. ⁊ ideo habet alios illuminare: reuelando eis occulta miſteria ⁊ inueſtigabilia ſacramenta diuina. Cum enim ſuperiores ſuos inferiores illuminent per actus ierarchicos ſecundum beatum dionyſium vbi ſupra. Ille qui eſt ſuppremus omnium: oportet ꝙ ſit omnium illuminatiuus.

Septimum eſt. ꝙ ipſe eſt omnibus alijs ardentior in flamma ſincere dilectionis. Et ideo habet alios incendere. quia cum ſpiritus ſeraphici ſint aliorum incentiui vt habetur in libro Celeſtis ierarchie. vij. ca. Ille qui eſt in hoc ordine ſuppremus ē maxime omnium incentiuus. talis autē eſt q eſt ierarcha qui eſt princeps ordinis hui⁹.

Octauum priuilegium. ꝙ ipſe eſt omnibus alijs completior. Et ideo habet alios perficere ſecundum dionyſium vbi ſupra. In ordinibus angelicis ſuperior habet perfectionis quicquid habet inferior ⁊ vltra. ⁊ ideo ierarcha omnium cum ſit omnibus ſuperior continet in ſe omnium perfectiões ⁊ vltra. Sꝫ occurrūt difficultates.

Prima eſt. quia ſecundum Ieronymum non eſt fas vt aliquis homo excedat merita omnium angelorum. Si autem homo eſſet ierarcha tunc manifeſte excederet ſecundū premiſſa. Dicitur quod iſtud dictum debet intelligi tam de angelis ruentibus ſi permanſiſſent quam de p̄manentibus qui permanſerunt. Et ſicut nullus citra virginem excedit meritum quod lucifer habuiſſet: alioquin ſi nullus excederet angelos qui remanſerunt nunquam repararetur ruina luciferi.

Secunda difficultas. quia reuelatio dicitur fuiſſe facta de quodam alio ſancto.

Dicitur ꝙ per illa que dicta ſunt non fuit intentio mea preiudicare laudi alterius ſancti cum iſtud ſit nobis totaliter incertum tamen probabiliter dicta ſint omnia. ⁊ non determinate.

xxxi. cō ſideratꝰ Trigeſima prima conſideratio ſcilicet quantum gratiam habuit beatus ioannes in ſtatu eccleſie militantis. Et dicitur qꝺ gratia eſt quadruplex in nouo teſtamento priuilegiata.

Prima fuit gratia infinita que fuit ipſius chriſti ſm diuinitatem. Quia tantam gratiam ⁊ charitatem dominatam habuit pater ab eterno eius cōmunicauit. Io. p°. capi. Vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis.

Secunda fuit non infinita ſed tanta quanta potuit communicari que fuit ipſius chriſti ſm humanitatem. quia vt dicūt pie plerique doctores. maiorem gratiam deus non potuit creare quam ſit gratia aïe chriſti. Io. p°. capl°. De plenitudine eius accipiuntur cuncti. ⁊ gratiam pro gratia.

Tertia fuit. Non tanta quanta potuit in tali anima recipi. que fuit anima beate virginis que non tanta fuit quanta creari potuit ſed quanta recipere potuit. vt vltra nequeat ſanctificari ſicut nec aqua ferūētiſſima calefieri poteſt ⁊ feruere ignitiſſimum non poteſt igniri ⁊ calefieri magis Ideo dicitur Luc. primo capitulo. Aue gratia plena. quia eius capacitas tota eſt adimpleta tñ non fuit tanta gratia anime beate virginis quanta anime chriſti.

Quarta fuit. Non tanta ſꝫ maior omnibus alijs poſt primas que fuit gratia anime Io. ba. quia licet plus potuerit de gratia recipere tamen plusquam alij recepit dicente domino Math. vndecimo. capitulo. Inter natos mulierum non ſurrexit maior. Io. b. ſcilicet i gratia. ⁊ per cōſequens nec equalis. quia ſecundum dionyſium. Duo nō erunt equales in patria Et notandum ꝙ gratia beati Io. non ſolum eſt priuilegiata ratione quantitatis. ſed etiam ratione feſtinationis. quia licet omnium ſanctificatorum in vtero ſit gratia feſtina tamen ſm gradus.

Primo. quia anima chriſti habuit gratiam in inſtanti ſue creationis.

Secundo. quia anima beate virginis poſt primum inſtans ſed cito ſm antiquos doc. quia ſꝫ eos modicum in originali culpa ſtetit tamen verius dicitur pro nullo inſtanti fuiſſe ſed a deo fuiſſe ab originali p̄ſeruatam.

Tertio anima beati. Io. in ventre ſꝫ lōge ante natiuitatem habuit gratiaꝫ ſcilicet quando heliſabeth ſimul cum filio impleta eſt ſpiritu ſancto. Luc. primo capitulo. Vt audiuit ſalutationem Marie heliſabeth. ⁊cete.

Quarto: quia anima ieremie in ventre ſed paululum ante ortum. ideo ſibi dicitur Iere. primo capitulo. Antequaꝫ exires de ventre ſanctificaui te. ⁊cete. Eſt etiam notandum quod duo ſunt tempora impedite etatis. ſcilicet ante natiuitatem ⁊ poſt natiuitatem in pueritia in quibus non vtitur homo ratione. Aliqui ſancti ſunt qui neutro tempore habuerūt gratiam. nec ea vſi ſunt ſicut beatus Martinus qui fuit cathecuminus vſque ad annū decimū octauū. Aliqui ſunt qui habuerūt in altero ſcilicet Ieremias qui ante ortuꝫ ſanctificatus fuit ⁊ gratiam habuit vt dictum eſt ſupra. Aliqui qui in altero ſcilicet in infantia ſcilicet. bea. Nicolaus qui ſtatim ortus ieiunauit quarta ⁊ ſexta feria ſed beatus Ioannes ſuper alios floruit in hac duplici etate.

Primo floruit gratia. ⁊ fuit vſus ipſa in matris vtero. vbi exultauit cum preſentia ſaluatoris ſenſit. vnde dicere potuit. Luc. primo capitulo. Exultauit ſpiritus meus in deo ſaluatori meo.

Secundo gratia floruit ⁊ vſus eſt ea in infantia. quando in pueritia deſertum petijt vt colligitur ex euangelio ſcilicet in quinquennio. vbi ⁊ merito reuelationes ⁊ conſolatiões angelicas ad mirabiles habuit vt colligitur ex euangelicis ⁊cetera.

Finis Amen.

¶ Incipit tractatus ſuper pater noſter.

Voluntas dei ſanctificatio veſtra.
prima ad Theſſalo.4°. ca°. Nõ
poteſt bene ſeruiri pſone niſi ſcia/
tur eius volũtas: ſic nec deo. Jõ
Paulus vocatus ad xp̄i officium ſtatim
queſiuit. Actuũ.ix.c. Dñe quid me vis fa
cere. Ideo volẽtibus ſeruire deo: conſulit.
Ephe.v°. Nolite fieri imprudentes: ſed in
telligentes que ſit volũtas dei. Quia ergo
non poteſt ſeruiri deo niſi prius ſciatur ei⁹
voluntas. Ideo vt melius ſibi ſeruire va·
leamus. Apoſtolus in verbo prelibato ei⁹
voluntatem nobis inſinuat dicens. Volũ
tas dei ſanctificatio veſtra. vbi duo ineniũ
tur propter que obediendum eſt voluntati
diuine. Primo. qꝛ eſt quedam regula ad
noſtrum intellectum elleuanduz ⁊ affectũ
dirigendum. Et hoc tangitur cum premit
titur volũtas dei. Eccleſi. vij. Inueni qḋ
fecerat deus hominem rectum, ⁊ ipſe ſe in/
finitis miſcuit queſtionibus. Ita ꝙ oẽs ꝑ
peccatum hãc rectitudinem perdiderunt.
Michei. vij. Perijt ſanctuſ de terra. ⁊ re
ctus i hominibus non eſt. Ratio eſt, Nõ
eſt rectus ſagittarius niſi recte ſignũ ad qḋ
trahit aſpiciat. vnde eſt ꝙ ipſe quandoqꝫ
claudit vnum oculum: vt alium melius fi·
gat i ſignᵐ. Sigᵐ aũt ad qḋ ſemꝑ in om
ni tractu debem⁹ trahere nobis. yſai. c. lv.
oñdit di. Erit dñs nominatus in ſignuz.
Ideo ad iſtud ſignum debemus ſemꝑ ocu
los dirigere. ⁊ omnia in gloriam eius face
re. Sed deus propter peccatuz oculos pec
catoris ab iſto ſigno auertit. Quia ſm Au
gu. Peccatuz eſt auerſio a bono incõmu
tabili. In cuius figura dicitur p°. R̷. xiiij.
cap°. Non rectis oculis reſpiciebat Saul
Dauid. Et ſubdit. Inuaſerat ſpiritus ma
lus Saul. Vnde in hoc peccator ſimilis ẽ
aſpidi. de quo legitur: ꝙ non directe tendit
ad terminum. qꝛ non habet oculos recte in
fronte: ſed extranſuerſo in temporib⁹. Sic
peccator. qꝛ oculum cordis in intentionem
tranſuerſam habet ad mundana. Ideo in
ſuis opib⁹ nunq̃ recte tẽdit ad deũ. Indi
gem⁹ ergo regula dirigẽte. Hec aũt regu
la eſt voluntas diuina. qꝛ ſm Augu. Jpa
ẽ regula toti⁹ creature. Hanc autem regu
am in perſona cuiuſlibet peccatoris pete·
bat. prima p¹. dicens in p̄s. Eripe me de
inimicis meis deus me⁹: domine ad te cõ/
fugi doce me facere volũtatem tuaz: qꝛ de
us meus es tu. Spiritus tuus bonus ḋdu
cet me in terraz rectam. Nota ꝙ iſta aucto
ritas tangit quatuor que facit nobis volũ/
tas dei. Et que facere debet qui ad eũ vult
dirigere. Primum eſt. liberaſ a pericu
lo. ibi. Eripe me de inimicis meis de⁹ me/
us. Non poteſt homo melius liberari de
carcere hoſtis q̃ ſoluendo cathenas ⁊ vin
culum frangendo quibus tenebatur liga/
tus. In figura huius. Angelus liberans
Petrum de Herodis carcere. fecit cadere
cathenas de manibus eius. Tunc Petr⁹
dixit. Nũc ſcio vere. qꝛ miſit dñs angelũ: ⁊
liberauit me de manu herodis. actuum in
actibus apoſtolorum. ⁊c̃. Cathene autem
quibus peccator vincitur in carcere demo
nis ſunt peccata. Prouerbiorum. v. Iniq
tates ſue capiunt impium ⁊ funibus pecca
torum ſuorum aſtringitur. Modo peccata
ſoluuntur in confeſſione. Ideo deus pecca
torẽ eripit ab hoſte vt dicat regrãtiando il
lud perſa°. Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis. Sed nota ꝙ ſicut liberatus de
carcere in memoria miraculi chatenam aſ/
fert ad eccleſiam ſuſpendens coram ſancto
qui eum liberauit ⁊ faciẽs oblationem. ſic
in ſignuz vere liberationis a demone vicu
la peccatorum quibus ligatus fuiſti: modo
debes portare ad eccleſiam appendere corã
deo vel eius vicario in confeſſione ⁊ te of/
ferre ad ſatiſfactionem. Sequitur ad te cõ
fugi. Non enim ſufficit eripi ab hoſte. ſed
oportet longe fugere. alioquin homo nõ ẽ
in tuto. Sicut enim auis qui iam tenuit, ⁊
momordit predam ſi euadit: acrius eam in
ſequiẗ. Et ſicut preda poſtq̃ ſenſit morſuz
canem citius fugit. Sic demon qui ſemel
momordit ⁊ tenuit animam per peccatum
quando euadit per penitentiam auidius
eam inſequitur ⁊ conatur capere. Ideo nõ
debet anime ſufficere ꝙ euaſit: ſed debet lõ
ge fugere: maxime poſtq̃ ſenſit morſum de



monis. Et de hoc habetur figura. p°. R̷. j°
cap°. Miſus eſt Saul ipuz dḋ cõfigere in
pariete: declinauit dauit. fugit: ⁊ ſaluatus
eſt. Vnde legitur de elephante ꝙ fugiens
venatorez ſciens cauſam ſue inſecutionis
eſſe pulchritudinem ſuorum dentium. de
quib⁹ ẽ ebur dentes ſuos frangendo detur
pat. ⁊ ſic deturpatos: ⁊ fractos venatori
oſtendit. Mox venator ceſſat eũ perſequi.
Sic venator inferni quoſdã inſequitur pec
cato luxurie propter pulchritudinez corpo
ris alios peccato auaritie: alios vero pecca
to ſuperbie: primi debent corpus frangere
per penitentiam. Secundi auaritiam ꝑ lar
gitatem. Tertij ſuperbiam per humilitatẽ
relinquendo illud quod in nobis demoni
placet. Et ḋe hoc figuratur. ſecũdo macha.
De mathatia ⁊ filijs eius qui relinquerũt
quecunqꝫ habebant in ciuitate ⁊ fugierũt
ad mõtem. Dicitur de ceruo ꝙ continuãſ
fugaz ⁊ curſum canes euadit. Sed ſiſtens
in latratu canum in quo delectatur: quan/
doqꝫ ita capitur cantu canum. quod obli/
tus fugere capitur: ⁊ occiditur. Sic perſo/
na fugiens peccatum quandoqꝫ in cantu
ſiſtit ⁊ verbis ⁊ actionibus ꝙ capitur ⁊ oc·
ciditur adhuc a demonibus ſpiritualiter
per peccatum. Tertio, dirigens debꝫ bo
nam viam oſtendere. ibi doce me faceſ vo/
luntatem tuam. Vadẽs enim viam ignotã
eget doctore ⁊ ductore: ac tutore. Via autez
celi nobis ignota eſt. Ideo indigemus do
ctore ⁊ tutore. ſ. deo. de quo eccle. xliij. Do
cet ⁊ erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Sꝫ
nota ꝙ paſtor ouem errantem: primo diri/
git ⁊ reuocat verbo clamando. Et niſi ver
bum ſufficiat virgam. ⁊ baculum adhibet
verberando. Sic deus viaz celi: primo do
cet: verbis ſcripture: clamando. predicẽdo.
Sed quia quaſi ſpernunt verba. deus ad·
dit verbera ſcilicet morbos: perſecutiones: ⁊
flagella diuerſa. Vnde grego. Nulla noce
bit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitaſ.
Exemplum in natura. pſitacus docetur lo
qui ſicuti. homo eũ habet caput ita duruz
ꝙ nunq̃ bene loquitur niſi caput eius ba/
culo ferreo verberetur. Sic quidam ha·
bẽt corda adeo dura ꝙ nunq̃ loquũtur ra
tionabiliter de ſalute. niſi primo morbo ꝑ
ſecutionis verberetur. Et de hoc figura da
nielis. 4°. De nabuchdonoſor rege cui cõ
ſuluit daniel. Peccata tua elemoſinis re
dime. qui ſpreuit donec electus eſt de reg°.
⁊ cum feris demoratus eſt ⁊ fenum quaſi
bos comedit. Tunc ait. Oculos meos ad
celũ leuaui. ⁊ ſenſus meus redditus eſt mi
hi ⁊ altiſſimo benedixi. In p̄s. Diſciplina
tua ipſa me docebit. ergo doce me facere
voluntatem tuam. Non enim auis perti/
git ad predam cantando: gariendo: ſed for/
te aues plus garientes minus volant. Ap
plica ſic ad regnum intratur non loquẽdo
ſed operãdo. Non enĩꝫ qui dicit mihi dñe
dñe intrabit in regnum celorum. ſed qui
fecerit voluntatem patris mei qui in celis
eſt. Quarto. dirigens. debet ad bonum
portum ducere. ibi. Spiritus tuus bonus
deducet me in terram rectam. Terra illa
dicitur recta in q̃a redditur cuilibet quod
ſuum eſt. aditur quod meruit. Sic fit in pa
radiſo. Apocha. ſecũdo. Merces tua me/
cum eſt: reddere vnicuiqꝫ ſecundum opera
ſua. Non ſic in mundo: vbi ſepe plus daſ
minus merito in indigno. Amoſ. 3° Ne/
ſcierunt facere rectum. Ratio eſt. Quia q
ſoluendo mercedem attendit ad genus: ve
ſtem: ad pulchritudinem corporalem ope/
rari non ad opus: ſepe plus dat ⁊ minus
merito. Sic facit mundus dando honores
⁊ bona mundana. Ideo mundus dicitur
michee. 3°. Omnia recta per vertitis. Sꝫ
tu ſolutor mercedis celi deus. non attẽdis
genus veſtem: nec aliquod impertinens
⁊c̃. Mathei. ſecundo. Non eſt tibi cura de
aliquo: ſed ſolum ad penitentie merituz re/
ſpicis. Ideo iuſte retribuis. Prouerbioꝝ
13° Iuxta opera manuum ſuarum retribu
et ei. Ideo dicit p̄s. Iuſtitie domini recte
letificantes corda. ⁊ cete. Magna letitia
cordibus pauperum chriſti. quia expectant
mercedẽ i regno celi de q̄ dic̃ Augu. nulli
negabiẗ digno nulli ꝯfereẗ i digno Ter°.
volũtas dĩ ẽ ſpeculũ admũdificãdũ ꝙ ma
niſeſtatur cuꝫ additur ſanctificatio veſtra.
pſona volens videre ⁊ tollere a ſe omnem
maculam in quibuſdam partibus corpo/

ris ſicut in manibus pedibꝰ ⁊ ceteris non
tamen vbiq̃. Oculꝰ enim qui non videt ſe
non videt maculam in ſe nec in partibus ſi
bi nimis propinquis ſicut in facie. quia illas
non videt. Speculum ſi ſit verum oſtēdit
oculo omnem maculam. ⁊ ipſiꝰ oculi ⁊ parti
um ſibi propinquarum. Sic perſona volēs
videre ⁊ tollere a ſe omnem maculam pec
cati debet ſe reſpicere in ſpeculo vero. perſo
na enim quantumcūq̃ prudēs ⁊ cauta ma
culam ſeu deffectum non videt in ſe nec in
perſonis ſibi propinquis propter amorem
In perſonis autē lōge diſtantibus propter
odium uel ſaltē propter in differentiam dū
uidet deffectū. Et de hoc figura ē. p̄mi re. iij.
Hely cuiꝰ oculi caligauerāt non poterat
uidere lucernam domini. donec extingueretur
Ita quidam non uidentes calginen ocu
lorū ſuorum oportet ꝙ ſe reſpiciant in ſpe
culo: Et de hoc figura exodi. xxxviii. Moy
ſes demandato dei fecit labium eneum de
ſpeculis. in quibꝰ miniſtri tabernaculi ma
culas ſuas videbāt. vt eas abſtergerent ſpe
culum verum quod ſine omni palliatione
oſtendit cuilibet ſuas maculas voluntas
dei eſt. Ideo iſtud ſpeculum petebat da
uid dicens. Unam petij a domino hanc re
quiram. vt videam voluntatē domini meie
Sed iſtud ſpeculum perfecte nobis oſtēdi
tur. Mathei. vj. In dominica oratione. ſ.
pater noſter. Circa quod ſecundum Augu
ſtinum eſt aduertendum ꝙ oratio domini
ca pro nobis perfectiſſima eſt. quia in ipſa
continetur quicquid a deo petere poſſumꝰ
⁊ quicquid nobis deus dare vult. Sed pre
cipue a nobis deſiderandus eſt dei honor
⁊ reuerentia quod in prima petitione tāgi
tur. Sanctificetur nomen tuum. Sed ad
ſufficientem declarationem totius oratio
nis predicte eſt notandum ꝙ hec ſacra ora
tio prima ſui diuiſione diuidi poteſt in du
as partes ſecundum ꝙ duo ibidem princi
paliter petimus.
Nam primo petimus bona nobis dari
Secundo. petimus mala a nobis remo
ueri.

Prima. ibi. Adueniat regnum tuū
Secunda ibi.
Dimitte nobis debita noſtra.
Prima adhuc in tres ſecundum ꝙ tria
bona dari petimus.
Primum eſt ⁊ maximum bonum quod
petimus eſt bonum glorie quod petitur ibi.
Adueniat regnum tuum.
Secundum. bonum eſt gratie qḋ peti
mus ibi. fiat voluntas tua.
Tertium eſt. bonum terrenum quod peti
mus pro ſuſtentatione vite. ibi.
Panem noſtrum quottidianum da no
bis hodie. ⁊ cete. Non enim poſſumus plu
ra bona petere: niſi terrena ad ſuſtentandū
bona gratie ad merendum: ⁊ bona glorie
ad fruendum.
Secūda pars. in qua mala a nobis re
moueri petimus etiam diuiditur in partes
tres: ſecundum etiam ꝙ ſunt tria que a no
bis ammoueri poſtulamus.
Primum eſt. peccata preterita que peti
mus condonari. ibi.
Dimitte nobis debita noſtra. ⁊ cete.
Secundum eſt. peccata futura que peti
mus: ⁊ debēt vitari. ibi.
Et ne nos inducas in tentationem.
Tertium eſt. pena pro peccatis debita
quam petimus relaxari. ibi.
Sed libera nos a malo. Ecce ꝙ iſta
oratio continet omnia nobis neceſſaria bo
na que volumus habere: ⁊ mala quibus
volumus carere.
Primo ergo petimus honorem ⁊ reue
rentiam diuini nominis. Sanctificetur
nomen tuum. ideſt ſancte ⁊ reuerenter lo
quamur de deo. Hoſtium enim camere
dn̄i debet eſſe mundum. maxime ſupius
quia ſi hoſtium eſſet fedatum: dominus nō
libenter per illud intrāret. Sed hoſtium cor
dis noſtri: quod eſt camera domini: eſt os.
Et ideo cū omnes partes corporis noſtri
debeant eſſe munde: magis tamen os ſupe
rius loquendo de deo. ſcilicet ⁊ de ſanctis
eius. alioquin chriſtus non libenter inhere
ret cameram ſuam cor. ſcilicet tuum p ho



ſtium fedatum quod eſt os immundum.
Sicut enim apis deferens mel non intrat
domum ſuam inueniens in eius hoſtio te
lam aranee venenoſam. Sic chriſtus
mel diuinitatis deferens non intrat perſo
nam: in cuius hoſtio. ideſt ore inuenit ver
ba blaſſemie venenoſa: mendacia ⁊ detra
ctoria. Debet igitur labium eſſe ſanctum in
loquendo. Leuiti. viij. Labium altaris cū
baſi ſanctificauit. Et nota ꝙ ſecundum
ſanctos Iudas ſuſpenſus crepuit medius:
⁊ effuſa ſunt. viſcera eius ⁊ hoc ne ſtercora
exirent per os. ideſt anima pc̄ti fece macu
lata quo chriſtum licet proditioſe fuerit oſ
culatus. Et per os tuum exit ſtercus blaſſe
mie ⁊ omnis immundicie. Exemplum. In
Brabantia nobilis quidam nocte paraſce
ues vadens ad matutinas tranſiuit per ta
bernam in qua erāt iuuenes ludētes ⁊ chri
ſtum blaſſemantes voluit. ſed vltra tranſi
uit. ⁊ dum proceſſiſſet vidit populum lu
gentē in platea hominem extraneum totū
plagatum: totum cruentatum ⁊ occiſum ab
illis de taberna: vt aſſiſtētibus viſum fuit.
Ingreſſus nobilis tabernā cū minis iuue
nes illos dure redarguit. q audīti negāt ho
minem ad ſe ingreſſum: ⁊ ſe nullum vidiſ
ſe nec aliquem verberaſſe. Qui mox ſurgē
tes cum illo nobili querunt hominem mor
tuum ⁊ nihil inueniunt. Tunc in ſe reuerſi
perpendunt hominem illum fuiſſe chriſtū
quem ſuis blaſſemijs cruentabant. Quo
viſo tabernarius qui erat vſurarius: omia
plene reſtituit. ⁊ dimidium bonorum ſuo
rū dans pauperibus ſancte obijt. ergo ſan
ctum ⁊ terribile nomen eius. Ad philipen
ſes ſecundo. In nomine Ieſu omne genu
flectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infernor.
Secundo. petimus bonum glorie. ibi.
ſecūda petitio Adueniat regnum tuum. Mathei. vj.
dicitur Ubi eſt theſaurus tuus ibi ⁊ cor tu
um erit. Peccatores autem theſaurizant
in terra. Ideo eorum cor ⁊ deſiderium eſt
in terra ditari. Sed ſancti theſaurizant in
celo ⁊ prudentius. Ratio eſt. Mercato
res mare tranſituri in quo ſunt multa peri
cula. Non portant ſecum pecuniam: ſed
emunt merces ab eis qui bona ſua habēt
vltra mare portantes certas litteras quas
cum attingerint vltra mare oſtēdūt mox
eis dantur merces quas emerunt. Nunc
autem pauperes chriſti habent ſuas mer
ces ⁊ theſaurum in eccleſia. Luce ſexto.
Beati pauperes quoniam ipſorum eſt regnū
celorum. Et ideo ſancti cum tranſeunt ma
re. hoc eſt periculū huius mundi non por
tant ſecum theſaurum bonorum tempora
lium: ſed dando pauperibus comperāt ſi
bi theſaurum in celo portantes ſecum cer
tas litteras euangelij dicentis. Da paupe
ribus ⁊ habebis theſaurum in celo. Math.
xix. Et ideo iuſte ſancti ⁊ boni viri.
quia iam ſuum theſaurum habent in celo
quod iam emerunt petunt. Adueniat
regnum. tuum: ⁊ hoc ſecure petunt ſperan
tes dulciſſimam chriſti inuitationem dicē
tis. Mathei vigeſimo quinto capitulo.
Uenite benedicti patres mei poſſidere re
gnum. ⁊ cetera.
Tertio. petimus bona virtutum ⁊ gra tertia
tie. ibi. Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in petitio.
terra. Circa quod eſt aduertendum ꝙ ſan
cti in patriā. ita obediunt ⁊ ſequuntur vo
luntatem diuinam vna cum angelis ꝙ ni
hil omnino faciunt voluntatis proprie.
Modo petimus ita eſſe in nobis quod qui
dem eſt neceſſarium ad vitandum pecca
tum. Cuius ratio eſt. Uidemus enim ꝙ
nubes a ſole eleuata a terra ⁊ aqua quam
diu ſequitur motum ⁊ virtutem ſolis non
cadit: ſed aſcendit ſurſum: ſed quando ſe
quitur ſuam propriam conditionem re
frigeratur: fit grauis ⁊ conuerſa in niuem
vel pluuiam cadit ⁊ mixta terre fit lutum:
quod quidem ſibi accidit ex loco. ſcilicet
medio intriſtitio aeris. Sic recte perſona
a deo eleuata a terra cupidinis ⁊ aqua vo
luptatis quamdiu ſequitur motum ⁊ virtu
tem diuine voluntatis non cadit in pecca
tum: ſed aſcendit ſurſum verſus gloriā. quia
in pſ dicit. In voluntate tua deduxiſti me

⁊ cum gloria ſuſcepiſti me. Econtra pſo/
na ſequens propriam voluntatem ⁊ mo/
tuz. Primo refrigeratur a dei amore: De
inde fit grauis ⁊ ponderoſa in dei ſeruitio.
⁊ ſic cadit in lutum peccati. Et ſic quando
qz accidit paulo qui ad epheſios.2°. ait
Conuerſati ſumus in deſiderijs quaſi facie
tes voluntatem carnis. Sed hoc ſepe con/
tingit ex loco ⁊ ſocietate quam perſona fre
quentat. Ad vitandũ igit̃ caſũ peti petim⁹.
fiat volũtas tua. exẽplo xp̃i dicẽtis Ma/
thei.xxvj°. Nõ mea voluntas ſed tua fiat.
Quarto petimus bona temporalia ſu/
ſtentationi neceſſaria non ſuperflua. Pa/
nem noſtrum quotidianum da nobis ho/
die. Et hic petimus panem qui ordinatur
ad neceſſitatem ⁊ non alium cibum qui ſe
pe queritur ⁊ procuratur propter volupta
tem ⁊ ad ſuperfluitatez. Docemur ergo pe
tere neceſſaria nõ ſuperflua. Ratio eſt. In
firmus.n.modicam habens virtutem de/
bet cibum temperate ſummere. ⁊ ſoluz ad
ſuſtentationem alioquin virtus non ſuffi/
cit cibum conuertere ⁊ dirigere ⁊ tunc ex
nimio cibo ⁊ ex ſuperflua indigeſtione ge/
neratur apoſtema: ⁊ morbi inflatiui. ⁊ ſic
recte eſt ad propoſitum. qꝛ hodie quaſi qui
bus modicum habet de prudentia in vten
do ⁊ diſpenſando temporalia cadunt in a
poſtema: ⁊ in tumorem grauiſſimi pecca/
ti. Debemus ergo ea vti ⁊ ſummere ſolũ
ad neceſſitatem. exemplo Salomonis pro/
uerbiorum.3. Mendicitatẽ ⁊ diuitias ne de/
deris mihi. ſed tantum tribue victui meo
neceſſaria. Superfluitas enim diuitiarum
inflat cor generat apoſtema ſuperbie ⁊ con
temptus pauperuz. Ideo perſona tali apo
ſtemate ſentiens ſe grauatam debet facere
ſicut animal. de quo legitur ꝙ ſentiens ſe
agrauatum apoſtemate confricat ſe ad ar/
borem donec rupto apoſtemate ſanies de/
fluat. Sic recte talis perſona debet ſe con/
fricare ad arborẽ crucis ad paupertatez. ſ.
⁊ nuditatem quã xp̃s in mundo ⁊ in cruce
ſuſtinuit. vt vz ſanies diuitiarum fluat in
elymoſinas pauperum. petimus ergo vi
ctum neceſſarium ⁊ non ſupfluũ ꝙ ſi facie
mus obtinebimus. Scd̃o ad cori. ix. Pa
nem ad manducandum preſtabit.
Quinto petimus veniã de pctis preteri
tis. Dimitte nobis debita nr̃a. Sic ⁊ nos
dimittimus ⁊c. Math. vi. Si.n nõ dimi/
ſeritis hoibus. nec pr̃ veſter dimittet vobis
peccata veſtra. Non enim debet veniam
petere a patre perſona que vellet eius fili/
um occidiſſe. Sz omnes filij dei ſumus p
gratiam. ⁊ ideo inuicem fratres. Odium
autem eſt homicidium ſpũale. Io.3°. Qui
odit frem ſuũ homicidia eſt. Nõ ergo di/
gnus venia pr̃is q nõ dimittit fr̃i ex corde.
vnde Math. xviij. Pẽtur de ſeruo tradi/
to tortoribus ſic dicit ibi xp̃s. ſic pr̃ vr̃ faci
et vobis: ſi nõ dimiſeritis vnus quiſqz fr̃i
ſuo de cordibus veſtris. Ita ꝙ qlibet leſus
rãchorẽ cordis ad minus tenet̃ dimictere ⁊
ſigna recõciliatiõis oñdere inimico: ſz nõ
tenetur dimittere dãna: maxime ſi offendẽſ
habet. vñ poſſit reſtituere qd̃ ſi facit meret̃
intenſiſſime ⁊ de hoc exẽpluz manifeſtum.
Nobilis qdã frem ſuũ a quodã ruſtico oc
ciſum ãmiſit qui ex dolore quaſi pegre ꝑ/
fectus eſt. Qui cum iter faceret cũ magno
comitatu homicidã ſolũ i agro iuenit. q ex
tracto gladio cũ vellet eũ occidere. Ille in
terrã ꝓſtract⁹ clamauit. Dñe nobiliſſime
miſerere mei amore xp̃i ieſu q tui miſertus
eſt ⁊ oẽz mundũ ſua morte redemit. Mox
nobilis v̓ſus in lachrymas manũ retraxit
Sed ne hoc ignauie reputaretur a ſotijs.
Iterum manus extendit in proſtratum.
Iterum reus ob remiſſionem pctõrum mi
ſericordiaz petens. Secundo manum de
poſuit. Tertio increpatus a ſotijs. Ite/
rum manuz vt ipſum interficeret leuauit.
Et reus ob euaſionem anguſtie. quam
omnis caro mali in futuro iuditio per/
peſſura eſt miſerere mei. Reſpondit no/
bilis: mente ⁊ genere. Ego mortem mei
fratris tibi indulgeo. Sed quid poſtea.
Mox eadez die eccliaz intrans pro miſſa
audienda coram ymagine crucifixi ter ge/
nua flectens viſus eſt a quodã ſancto viro
ad ſingulas genuflexiones nobilis crucifi
xus inclinare capud. Vocans aũt ſanctus
nobilem ad partem: interrogat ipſe quis eẽt.
cui ille. Miles ſum in terra mea. Et ſan/



ct⁹. Dicas chariſſime ⁊ nihil celes. i q̃ ma
gis confidis miſericordiã dei meruiſſe. cui
ille ait. Miles ſum in ſeculo deditus nihil
apud deũ merui niſi forſitan hodie ⁊ factũ
retulit. Tunc ſanctus narrans ei qd̃ vide/
rat hortatus eſt eũ ad bonuz. Maluz ẽ igi
tur vindictam expetere maxime turbatiõe
durante. Unde Tharentinus ille nobiliſ/
ſimus phs inueniens villicũ qui ſua male
diſpenſauerat ait. Uindictã de te ſumme/
rem niſi tibi iratus eſſem. Maluit.n. ipu/
nituz dimittere q̃ per irã nimiũ punire.
Septa petitio Sexto. petimus preſeruare a malis fu/
turis. Et ne nos inducas in temptationez.
Et nota ꝙ non dicit: ne tentemur: ſed ne in
ducamur in tẽptationẽ. pſona. n. non eſt in
periculo ſumerſionis niſi inducatur intra
aquam. Sic etiã niſi inducat̃ qs intra tem
ptationẽ per peccatũ. Et hec eſt ratio: qua/
re multe pſone nõ curant tẽptatiões vitar̃.
qꝛ cõfidunt in magnas tẽptationes q̈ſi nõ
poſſe induci. ſed bene voluñt tẽptationẽ cir/
cuire appropinquado. ⁊c. Sed attendant
ꝙ periculoſum eſt valde perſone habẽti ca
put debile ire prope ripaz aque profunde
⁊ nimis appropinquare. qꝛ perſona qñqz
ſtupet ⁊ turbat̃ imaginatio: in tantum ꝙ
pes deficit ⁊ ſic in aquam cadit ⁊ ſubmer
gitur. Nunc autem omnes habem⁹ caput
debile ⁊ infirmuz contra peccatum. Yſaie
primo. Omne caput languidũ. ⁊ ce. Ideo
non eſt bonum peccato appropinquare co/
gitando. ⁊ ce. Turbatio tantuz aliquando
inualeſcit. ꝙ ſtupefacit perſonam. Turbat̃
tunc ratio: ⁊ ſic totũ ſubmergitur. Et con
tra ſic appropinquantes. dicitur Ioãnis
xj. Inducet ſuper eos mala. de quibus exi/
re non poterunt.
7a petitio. Septimo. petimus leberari a penis: ⁊
miſerijs quas patimur propter peccata. ſz
libera nos a malo. Poſtquaz enim febris
reliquit infirmum adhuc remanent re/
liquie morbi ſcilicet amaritudo guſtus:
debilitas pedum: ⁊ diu ſtat antequam re/
cuperet priſtinum guſtum ⁊ fortitudinem.
Sic recte. ad propoſitum. perſona poſtquã
dimiſit peccata adhuc habet guſtum inſi/
pidũ ad ſpiritualia. Manus ⁊ pedes debi
les ad opera meritoria. Et de hoc habetur
figura ſcd̃i Re͞m. nono. Super eſt filius Io
hatã debilis pedibus. ſ. mifiboſeth. qꝛ de
manib⁹ nutricis iuuenis ceciderat. Et ab
iſta debilitate petimus liberari a deo. de
quo dicitur ſapientie. xix. Tu es qui libe/
ras ab omni malo. Sz quomodo hoc po
teſt fieri. Ecce: Nam pſona recuperat gu/
ſtum ⁊ fortitudinem poſt morbum ſumen
do cibum leuem ⁊ confortatiuum ſimili/
mum nature: non groſſum: naturam ſuffo/
cantem. Cibi aũt groſſi anime ſunt verba
diſſoluta delicie. ⁊c. Dilata te. Caro eniz
concupiſcit aduerſus ſpiritum ad Galat.
v. Unde iſta ſpiritum non fortificãt ſed de
bilitant. econtra deuotio. oratio. ieiuniuz.
v̄ba ſancta. miſſe ⁊c. Unde de perſona ta
lia frequentante dicitur ad Roma. viij°.
Creatura liberabitur a ſeruitute corruptio
nis in liberbatẽ glorie filiorum dei ad quã
nos perducat. Amen.

## Incipit tractatus de penitentia.

Penitentiam agite appropinqua
bit eniz regnum celorũ Math.
4°. capi. Quia beatus ioannes
conuocans populum ad bapm
fluminis idem verbum aſſũmit. quaſi pro
temathe Math. 3°. capitu. Et iterum ſal/
uator noſter inuitans populum ad ba/
ptiſmum flaminis. idem verbum rea ſum
mit Math. iiij°. capi. Idcirco ſancta ma/
ter eccleſia ſanctorum patrum ſequens ve
ſtigia. Iſto ſacro tempore vocat fideles ad
lamentum penitentie. vt ex perſona eccle/
ſie verbum a nobis ꝓlatum proponatur.
cum dicimus. Penitentiã agite. In quo
quidem verbo ⁊ diuino oraculo.
Primo. aliquid precipitur. ſ. peniten/
tiam agere.
Secũdo: aliqd ꝓmittit̃. ſ. regnũ celorum.
poſſidere. ⁊c. Preceptũ nãqz ptinet ad
meritum qd̃ in viam eligitur. Promiſſuz
vero ad premium qd̃ in patria recipitur.
Et ſm illa duo preceptuuꝫ h indiget gra
tia cooperante. Et promiſſum gloria bea
tificante. De peccato autez ꝙ hic inducit̃.

Cum premittitur. Penitentiam a-
gite. Loquitur chriſtus: expreſſe ſub for-
ma precepti. Luce. xiij. di. Niſi penitenti-
am egeritis ſimul omnes peribitis. Un-
de acqritur argumentum ꝙ actum penitē-
tie deus non proponit per modum conſilij
ſed per modum ſimplicis precepti ꝙ patet
quia eterna dānatio que hic non petenti-
buꝫ cōminatur: non debetur alicui niſi pro
pter tranſgreſſionem precepti. De promiſ-
ſione que exprimitur. Cū additur. Appro
pinquabit regnum celorum. habetur dañ.
ſecundo. Suſcitabit inquit deus regnum:
qḋ ineternum non diſſipabitur. ⁊ illud re-
gnum de lege communi ingredi non poſ-
ſunt niſi preceptum de hoc dictum perfici-
unt. ſ. Penitentiam agite. ⁊c. Et ideo ſub
dit dañ. Et regnum eius populo alteri nō
tradetur. quia vero ſtatꝰ vite preſentis ſta
eſt circa meritum quod nondum circa pre
mium. Jecirco ad preſens. Circa primam
partem thematis que eſt. Penitentiam
agite. Eſt inſiſtendum. Circa q̄ ante omia
eſt ſciendū ꝙ penitentia accipitur quadru
pliciter. Qꝛ primo modo accipit̄ pro vir-
tute. qꝛ vnuſquiſqꝫ ſe punit de peccatis ⁊ ex
ercet debitam ſui ipſius vindictam ſm exi
gentiam culpe cōmiſſe. ⁊ illud pertinet ad
iuſticiam diſtributiuam cuius eſt mala pu
nire ⁊ bona remunerare. Et iſto modo loq
tur de penitentia. Luce. 3°. Facite fructus
dignos penitentie. Quos fructus explicat
beatus Gregorius di. ꝙ ſm quantitatem
culpe debet eſſe accerbitas pene aſſumpte.

Secundo modo accipitur pro actu. ſm
ꝙ actus penitendi eſt diſplicentia cōmiſſi
mali qualicunqꝫ. ſiue bene ſiue male: hereti
ci ſiue dānati. Dānati. n. penitere: dicūt̄ ꝓ
pter ſupplicium inflictum de qua infructu
oſa penitentia. dicitur ſapieñ. v. Turbabū
tur timore orribili. d. intra ſe. penitētiā agē-
tes. ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes. Et d̄
Juda proditore. dicitur in euangelio ꝙ pe
penitētia ductus laqueo ſe ſuſpendit. ⁊ce.

Tertio modo dicitur penitentia pro
ſtatu. ſ. religionis vel religioſorum. qui di
cuntur in pnia permanere. Et ſic videtur
penitentia accipi. luce. 3°. c. Ubi dicitur ꝙ
iſte Joannes in omnem regionem iorda-
nis predicans baptiſmum penitentie. Iſte
baptiſmus non erat verus baptiſmus: nec
moralis. nec verum ſacramentum. ſed qui
dam actus diſponens ad chriſtianam reli-
gionem aſſumendaꝫ in illo. ⁊ ce.

Quarto modo accipitur pro ſacramen
to ſecundum ꝙ cōmendatur cuꝫ baptiſmo
⁊ euchariſtia baptiſmum ſequens ⁊ eucha
riſtia precedens. Et illo modo videtur lo-
qui apoſtolus prima corinthi. di. ꝙ ſecun-
dum deum triſtitia eſt penitentia in ſalu-
tem ſtabilem. operatur. eo ꝙ contritio pre
uenit illud ſacramentum. quia tamē in iſto
ſacro tempore pl̄ intentio fidelium circa ſa
cramentum penitentie verſatur precipue.
Jecirco. Circa illud ſacramentū noſtra in
tentio eſt firmanda. Et ſecundum hoc ſunt
hic precipue quatuor facienda.

Et primo. inſiſtamus circa iſtius ſacra
menti diffinitionem. vt appareat quid ſit.

Secūdo. circa eius inſtitutionem: vt vi
deamus a quo ſit principaliter.

Terꝰ. circa eiꝰ ſuſceptioē videat̄ cuiꝰ ē.

Quarto. circa eius perfectionē vt decla
retur propter quid eſt.

Quantum ad primum eſt ſciendum ꝙ
diffinitio huius ſacramenti habetur in li-
bro de regulis theologie. capᵒ. 109. qui li-
ber aſcribitur beato clementi. vbi dicitur.
quod ſicut baptiſmus eſt remedium cōtra
originale peccatum. Ita ſacramentum pe
nitentie eſt ſecunda tabula poſt naufragi-
um. Cuius diffinitionis declaratio ſunt
quatuor inueſtiganda.

Et primo. quid eſt illud naufragium qḋ
precedit iſtam tabulam penitentie.

Secundo. qualiter iſta tabula ſequitur
poſt naufragium.

Tertio. que ſit iſta prima tabula que ſe-
quitur illud naufragium.

Quarto. qualiter penitentia eſt ſecūda
tabula. Quantum ad primam particu-
lam huius diffinitionis. Quid ſit illud na
ufragium. Dicitur ꝙ prima ratio naufra-
gij precedentis tabulam eſt primum pecca
tum mortale qḋ cōmittitur poſt ſuſceptum
baptiſmum. qꝛ pctm̄ illud ſpēaliter naufra
gium appellatur. eo ꝙ ſicut in naufragijs
deſtruit̄ integritas nauis. Ita in peccato



corrumpitur virginitas anime que eſt inte
gritas illius. quia ſicut i muliere ſemel cor
rupta non poteſt virginitas repari. ita nec
poſt tale peccatum gratia baptiſmalis. que
tunc amittitur recuperari. omnis enim gra
tia poſtea data eſt penitentialis. non tamen
baptiſmalis. quia homo non poteſt ampli
us rebaptizari. ſed penitentiam facere.

Iſta integritas mentis. tanto eſt ſuperi
or integritate carnis quanto anima preeſt
corpori. ſicut enim virginitas hominis pre
fertur virginitati bruti. ſic natura humana
nature brutorum. Et ideo ſicut aureola da
bitur virginitati carnis. multo magis aīe.
Diċ. n. beatus Auguſtinus de ciuitate dei
ꝙ pauci reperiuntur illius felicitatis dig̈.
vt. ſ. ꝙ retineāt iſtam virginitatem. Et iō
rat Auguſtinus de ori. hereſum. Juxta ꝙ
accipitur documentuz ꝙ qui credit ſpiritū
ſanctuz debet ad libertatem ⁊ pietatem eſſe
promptiſſimus. qꝛ procedit per moduz do
ni ſecundum Auguſtinum q̄nto de trinita
te. ⁊ Apſto. ſecunda corinthi. tertio. Ubi
ſpiritus domini. ibi libertas. Qui autem
ſunt auari in ſeruitutem mā̄mone traditi
nō videntur eſſe participes ſpiritus ſancti
Jntelligendum eſt tamen ꝙ Apoſtolus
deſcribens hunc articulum. Factus fu
it per omnes apoſtolos epiſcopus ieroſo
limitanus a denotanduz ꝙ idoneus mi
niſter eccleſie debet inſtitui per viam ſpiri
tus ſancti non per viam pecunie ⁊ inuen
tionis humane.
decimus Decimum articulum. deſcribit beatus
articu. Symon qui dictus eſt cananeus frater il
lius Jacobi ⁊ cōſanguineus domini ſalua
ſimōis toris di. Sanctam eccleſiam catholicā
Jn quo vnica credita veritas continet
ſcilicet d eccleſie vnitate ſumpta i ſui gene
ralitate ex auctoritate quam ſcribit contra
errorem Nouatianorum qui nouatianus
ſecundum Auguſtinum de origie hereſuz
Sciſma in hereſim conuertens auctorita
tem negauit eccleſie catholice. vnde fertur
ſeipſum epiſcopum ordinaſſe. contra apo
ſtolum di. Nemo aſſummit honorem ſibi
ſed qui vocatur a deo tanquaz Aaron. he
bre. quinto. Sicut chriſtus non ſemetip̄m
glorificauit. vt pontifex fieret. ſed deus pa
ter. Joan. xij. Pater clarifica nomen tuū
venit ergo vox de celo ⁊ clarificaui ⁊ iterū
clarificabo. Juxta quem articulum accipi
tur vnum documentum. ſcilicet ꝙ auctori
tati eccleſie in omnibus eſt credendum ⁊
obediendum. alias non ſolum ſciſmati
cus: ſed hereticus cenſeatur. Sciendum ta
men eſt quod illi qui non obediunt tamen
obediendum eſſe credunt. ſunt ſciſmatici
non heretici.
Undecimum articulum. Deſcribit bea vndeci
tus Judas frater Jacobi qui ſcribit vlti articu.
mam epiſtolam canonicam dicens. San
ctorum communionem remiſſionem pec iudas
catorum. Jn quo ponit duas creditas ve
ritates.
Et prima eſt. de ſacramento euchariſtie
cum dicit. Sanctorum communionem
ita enim vocatum fuit a principio illud ſa
cramentum. vt patet per Diouyſium de
angelica yerarchia.
Secunda eſt. de ſacramento penitentie
cum addit. Remiſſionem peccatorum.
Quas deſcribit contra duas hereſes.
Prima fuit cathafrigaruz qui vterqz
ſexui coniunxerunt conſecrationem illius
ſacramenti ⁊ omnibus credentibus in de
um contra quos dicit Apoſtolus ille.
Sanctorum communionem. quaſi dicat
ꝙ non omnium eſt conſecrare: ſed eorum
ſolū qui ſunt ſanctificati p ſacri ordinis ſu
ſceptionem. quia non quilibet. ſed ſanctus
debet conſecrare. ⁊ cete.
Scd̄a fuit. Carinoruz qui bigamos ad

priſam nō recipiūt. ſʒ Aug. vbi ſupra. Ex
quibus accipiuntur duo documenta.
Primū eſt ꝙ ſacrm euchariſt ad ſui fre
quētationē reqrit hoīes deificos ⁊ pfectoſ
ad ſui cōſecrationē ⁊ frequētationē. qꝛ dicit
ſcōꝛum cōmunionē. Scōm eſt ꝙ ſacrʒ
pnīe ſemp dʒ iūgi ſacro euchariſtie ſic dicit
apſus. qꝛ hec duo ſacra. b. Judas. in codē
articulo ad iunxit cuius rō eſt. qꝛ p ſacrm
pnīe mūdat cōſcia: vt efficiat dig⁹ eucha
ſacro. p⁹. coꝛ. xi. Qui enim mādicat ⁊ bibit
indignie iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit nō
diiudicanſ corpus dñi ⁊c.
12^m articulus Duodecimū articulū deſcribit. b. ma
thias. d. Carnis reſurrectōeʒ ⁊ vitā eternā.
In quo cōtinenſ due credite veritates.
mathie Et pꝛima eſt de vērē reſurrectione.
Scda d̄ eterna glorificatiōe. Primā
deſcribit ꝯ erroꝛeʒ ſaduceoꝝ. q negāt reſur
rectiōeʒ vt habeſ math. xx. ⁊ act. xx. De mu
liere q̄ hūit. vij. viros di. in reſurrectiōe. c̄
ei⁹ erit de. 7. viris vxoꝛ. Scdāʒ deſcribit
ꝯ hereſim berniciānoꝝ q ponūt felicitateʒ
futuram in voluptatibus carnis ꝯ ſniam
ſaluatoꝛiſ Math. xx. Vbi di. Neqʒ nubēt
neqʒ nubenſ. ſʒ erūt ſicut angeli dei in celo.
Sed circa hoc accipiuntur duo chatoli
ca documēta. Et primū eſt ꝙ corp⁹ nr̄ʒ
reſurrectu: ū ſpamus i l^a glīa. Jō dʒ cuſto
diri cū magna reuerētia vt nō ingnet quē
admodū cuſtodiri ſolent regū veſtimēta cū
diligētia. vñ apoſtolus ad Ro. 3. In mū
di hoīes cōtumelijs afficiunt coꝛpoꝛa ſua
in ſemetipſiſ. Secundum eſt. qꝛ futurā
vitā eſſe credimus. ſempiternā. ideo debe
mus totum ſpacium pn̄tis vite ad ip̄ſam
comparare. quaſi momentum vnius hoꝛe
qꝛ plus excedit vitam noſtram ꝙ mille mi
lia anni milleſimā partem vnius momen
ti. 2^e. pe. 3°. capitu. Vnus dies ſicut mille
anni apd̄ dominum ⁊ mille anni ſicut vn⁹
dies. Inſanus ergo iudicatur ille qui tan
tam diuturnitatem pro tam breui momen
to ⁊ tantam felicitatem pro taʒ breui ⁊ pu
trida conſolatione perdere vult ſʒ viriliter
cum ſapiente dicamus illud. eccl. 2°. capi.
Riſum ſcilicet mundi reputaui errorem.
gaudio. ſ. mundāo dixi ꝙ fruſtra decipie
ris. cuius veri gaudij nos participes faci
at deus. ⁊c. Amen.

¶ Expoſitio ſuper magnificat.

Magnificat aīa mea dñʒ. luc. p°. c.
Hoc eſt canticū leticie ꝙ beatiſſi
ma v̄go ad dei magnificentiā de
cantauit. Et iō p°. vt dulciſſima
filia ad laudādū deū excitat ſuaʒ ardentiſſi
mā affectionē cū dic̄. magnificat aīa mea
dñʒ ⁊ exultauit ſp̄s me⁹ ⁊c. Scdō vt duo
tiſſima ſamla explicat ſue laudis efficaciſſi
mā rōnē cū dicit. Qꝛ reſpexit hu an. ſue. ⁊c.
Et qꝛ fecit mihi magna qui potēs eſt. ⁊c.
Tertio vt diſcretiſſima ſcia cōſiderauit
dine laudis āpliſſimā miām ⁊ rōnē cōem
q̄tū ad oēs ibi. Et miſericoꝛdia ei⁹ ⁊c. Cō
ſiderās p° opus i carnatiōis eē declaratiuū
diuine pietatis pp releuationē hoīs lapſi:
Magnificat deū in ipſo pp plenitudinem
pietatꝭ dicēs. magnificat. Cōſiderās. 2° ipʒ
opus eſſe declaratiuū diue prāns pp dele
ctionē inimici magnificat deū i ipō pp cel
ſitudinē ptātis dicēs fec̄ po. i. bra. Cōſide
rās 3° ipʒ opus eſſe declaratiuū diue largi
tatis pp diffuſionē doni magnificat deū i
ipſo pp āplitudinē largitatꝭ dicēs. Eſuriē
tes i ple. bo. Cōſiderās 4° ipſuʒ opus eē d
claratiuū diue v̄itatiſ pp ad iplectionē pro
miſſi magnificat deū i ipſo pp rectitudinē
v̄itatis dicēs. Suſcepit iſrael ⁊c. Magni
ficat aīa mea dñʒ. Hoc ē exoꝛdiū cātici v̄
ginalis. In q̄ btā v̄go duo facit. Pꝛio primus versus
exp̄mit ſue ardētiſſime charitatꝭ affcm̄ di versus
cēs. Magnificat aīa mea ⁊c. Scdō i nuit
ſue gratiſſime laudatiōis obm̄. ibi. dñʒ. d.
eni magnificat. Exp̄mit eni hic ſue ardētiſ
ſime deuotiōis affcm̄. que ortū hʒ ex conſi
deratione bn̄ficij ſingularis. vñ gloſa tāto
munere me dñs ſublimauit vt nullo offi⁹
lingue poſſiʒ explicare. Sʒ totū animi ite
rioꝛis affcm̄ i agēdis gratiaꝝ laudim⁹ offe
ro totū qd̄ viuo totuʒ qd̄ ſentio totū qd̄ di
ſcerno in ei⁹ magnitudine cōtēplāda i ei⁹
p̄ceptis obſeruādis ipēdo: qꝛ eni ipſe deus
altiſſimus magnificauit eam per beneficiū
gratie ſingularis poſſimus ſibi dicere illd̄
Judit. 13 capi. Benedictus dominus qui
fecit celum ⁊ terram. Et parum infra. quia





nomen tuuʒ hodie ita magnificauit vt nō
deficiat laus tua de oꝛe hominum. Jō ma
ria dominum magnificat. Huius autem
magnificentie ratio poteſt multipliciter aſ
ſignari. Magnificandus eſt enim deus.
Pꝛimo propter ſublimitatem excellen
tie incompcrabilis in ipſo enim eſt rega
lis excellentia ⁊ in extimabilis Tobie. 13. c.
Magnus es domine in eternum ⁊ in om
nia ſecula regnum tuum. yſaie. 32. ca. Ma
gnificatus eſt dominus qui habitat in ex
celſo. 2^a. R. vij. ca. Magnificatus es domi
ne deus. qꝛ non eſt ſimilis tui.
Scdō pp immenſitatem potentie inſu
perabilis quam hʒ in preualēdo. exodi. xv.
ca. Cantemus dño glorioſe enim honoꝛifi
catus eſt equum ⁊ aſcenſoꝛeʒ proiecit i ma
re. ⁊ infra. dextera tua dñe magnificata ē
in foꝛtitudine. p̄s. 23. Metro. viij. Dñs foꝛ
tis ⁊ potens dñs. p. in pꝛelio. iere. 10. capi.
Magnus es tu ⁊ magnum nomen tuuʒ.
Tertio pp profunditatem ſapie ⁊ in p
ſcrutabilis quā habet in cognoſcendo. luc.
vij. ca. Accepit aūt omnis timoꝛ ⁊ magni
ficauit dñm dicens. qꝛ propheta magnus
ſurrexit in nobis in ipſo. n. eſt altitudo ſapi
entie. p̄s. i lxvj. Metro. v Magnus dñs
noſter ⁊ magna virtus eius ⁊ ſapie ei⁹ nō
eſt numerus que ſignificatur per ſalomonē
de quo in figura dicitur. 3^a. R. 10. ca. Ma
gnus eſt rex ſalomon ſup omnes reges ter
re diuitijs ⁊ ſapiētia ⁊ omnis terra deſide
rabat vultum ſalomonis vt audirent ſa
piam eius quaʒ dederat deus i coꝛde eius.
Quarto pp benignitatē clemētie in ena
rabilis quā habet in miſerādo. Apoc. xv.
ca. Quis non timebit te domine ⁊ magnifi
cabit nomen tuum. qꝛ ſolus pius es. iō pro
pheta. p̄s. 33. metro. iiij. Ex qui ſui domi
num ⁊ exaudiuit me ⁊ ex oibus tribu. me.
eri. me. Numeri. iiij. ca Magnificetur foꝛ
titudo domini ſicut iuraſti domine deus
patiens ⁊ multe miſericoꝛdie auferens ini
quitateʒ ⁊ ſcelera. eccle. xvij. Magna miā
dei ⁊ pꝛopitiatio eius conuertentibus ad ſe
Quinto pꝛopter veracitateʒ ſue in per
mutabilis quam habet in ad implendo. 2^a.
R. ⁊ cap. Domine deus verbum quod lo
cutus es ſuſcita in ſempiternum ⁊ fac ſicut
loquutus es ⁊ magnificet nomen tuū in
ipſo eniʒ eſt in mutabilitas veritatis. Nu
meri. 23. capi. Non eſt deus quaſi homo vt
mentiatur nec vt filius hominis vt mutet
di. n. ⁊ nō faciet loquutus eſt ⁊ nō ad im
plebit. Ro. 3. ca. Eſt autem deus verax oīs
autem homo mendax ſicut ſcriptum eſt vt
iuſtificeriſ in ſermōibus tuis ⁊ vincas cū
iudicaris.
Sexto pp arduitatē efficientie ad mira
lis quam hʒ in efficiendo deutero. 32 capi.
Date magnificentiam deo nr̄o dei pfecta
ſunt opa ⁊ oēs vie ei⁹ iuditia. Math. xv.
ca. Videntes mutos loquētes: claudos am
bulantes: cecos videntes magnificabāt de
um iſrael. Ipſe eſt enim de quo Job. v. c.
Qui fec̄ mag^a ⁊ iſcrutablia abſqʒ nūero.
Septimo pp equitateʒ iuſtitie in decla
rabilis quam habet in retribuendo pp qd̄
dicitur danielis. iiij. ca. Laudo ⁊ gloꝛifico
⁊ magnifico regem celi. qꝛ oīa opa eius ve
ra ⁊ omnes vie eius iuditia. In ipſo eniʒ
eſt rectitudo iuſtitie inflexibilis. Jō ſapie.
xvij. ca. Magna ſunt iudicia tua dñe ⁊ in
enarabilia verba tua. p̄s. 10. Metro. vltio.
Juſtus dominus ⁊ iuſtitiā dilexit eqtateʒ
uidit vultus eius. Idem. p̄s. i xxxiij. Me
tro. p°. Juſtus es domine ⁊ rectū iuditiuʒ
tuum. Et exultauit ſpūs meus in deo ſalu
tari meo. Luc. p°. In hoc verſiculo. 2. cā
tici virginalis exp̄mitur. b. virgo exulta ſcdus
tio ſue mentis. que oꝛtum habet ex nobili versus
tate bn̄ficij iā ſuſcepti. ideo dicit ibideʒ glo.
Sola illius memoꝛia me delectat a quod
ſalus preparatur eterna illius diuinitate le
toꝛ ex cuius tēpoꝛali conceptione mea ca
ro letaſ. In iſto v̄ſiculo. b. virgo duo fac̄.
Pꝛimo enim indicat mentalis exulta
tionis ſuauitatē. ibi exultauit ſpūs meus.
Secundo explicat exultationiſ materie
congruitatem. ibi. in deo. ſa. meo. Erat eni
deus ſue exultationis materia. iuſta illud.
p̄s. 34. Metro. 10. Anima mea exultauit
in dño ⁊ delectabitur ſuper ſalutari ſuo. di
cit ergo. Exultauit ſpiritus meus. Sʒ qua
re exultas o virgo benedicta. Reſpondet.
Pꝛio p copioſitate ſuſcepte gr̄e. p̄. R.

p°c. Letata ſũ i ſalutari tuo. Jd dõ i ps. ij.
Cantabo dño qui bona tribuit mihi ⁊ pſa
lam nomini dñi altiſſimi. fuit enim ſingu
lariter gratia plena. luc. p°. ca. Aue gra. p.

Secũdo p fecunditate nature virginee
yſ. 35. ca. Letabitur deſerta ⁊ in via ⁊ exul
tabit ſolitudo ⁊ florebit quaſi lilium germi
nans germinabit exultabit letabũda ⁊ lau
dans. Gloria libani data eſt ei ⁊c. Deſer
ta ⁊ in via beatiſſima virgo pp receſſuʒ ab
humanis amplexibus ⁊ floruit quaſi liliũ
pro virginitatis propoſitũ germinabit per
letabunda pardum.

Tertio pro ſuauitate diuine pñtie. yſ. ij.
ca. Exulta ⁊ lauda habitatio ſyon. qꝛ ma
gnus in medio tui ſanctus iſrael Abachuc
3. ca. Ego autem in dño gaudebo ⁊ exulta
bo in deo ieſu mõ. Ad hãc exultationeʒ in
uitat eã zacha. ix. Exulta ſatiſfilia ſyon iu
bila filia ieruſalem ⁊c. Et ideo ipſa poteſt
dicere illud cum propheta ps. lxxxiij. met°
2°. Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in
deum viuum. Et infra metro 3°. Paſſer
inuenit ſibi domum paſſer xp̃s ps. Fact⁹
ſum ſicut paſſer ſolitarius domo. b. virgi
nis ſapie. vij. ca. Sapientia hedificauit ſi
bi domum. Fuit beata pre omnibus ⁊ be
nedicta Judith. ij. c. Bñdicta es filia adoi
no deo ex celſo pro oibus mulieribus ſup
terram. Luc. p°. ca. Benedicta tu in mulie
ribus. ⁊ infra. Ecce. n. ex hoc beataʒ me di
cent omnes generationes.

Quarto pro laudabilitate optẽte victo
rie. quia nõ potuit poſt ſanctificationeʒ in
clinari ad aliquod pctm̃. yſa. xli. ca. Tritu
rabis montes ⁊ cõminues ⁊ colles quaſi
puluerem pones ventilabilis ⁊ ventus tol
let ⁊ turbo diſperget eos. Et tu exultabe
ris in domino ⁊ in ſcõ iſrael letaberis. Ip
ſa eniʒ contriuit inſidias diaboli. Bernar
dus ſuper miſſus eſt. Ipſa proculdubio ca
put contriuit venenatum quo omnimodã
ſuggeſtionem maligni tam de carnis illece
bris q̃ de mẽtis ſupbia reduxit ad nihiliũ.

Quinto p terminabilitate humane mi
ſerie ſecundum vacticinum pphete. ps. 20.
Metro. vltimo. Cum auerterit dñs capti
uitatem plebis ſue exultabit iacob ⁊ letabi
tur iſrael. i. beata virgo vita actiua ⁊ con
templatiua. ioãnes. viij. ca. Habraã pater
veſter exultauit vt videret diem meum: vi
dit ⁊ gauiſus eſt ſapientie. xix. ca. Tanquã
agni exultauerũt magnificantes te domie
qui liberaſti eos Math. 2° ca°. Ipſe enim
ſaluum faciet populum ſuum a pctis eoꝝ.

Sexto pro coploſitate promiſſe glorie.
Luc. vj. ca. Gaudete ⁊ exultate quoniam
merces veſtra copioſa eſt in celis. Erat eni
exultanda. Bernardus vbi ſupra. Quãtũ
in terris preceteris adepta eſt gratie plenitu
do tantum in celis optinuit premium glie
ſingularis. Reſpexit humilitateʒ ancille
ſue ⁊c. In hoc tertio verſiculo recognoſcit
beata virgo circa ſe diuine miſerationis ef tertius
fectum. ⁊ hoc dupliciter. verſus

Primo ex parte dei effectus clementie
ibi reſpexit.

Secundo exparte ſui effectus reueren
tie profundiſſime ibi humilitatem.

Primũ ẽ exultatiuũ pietatis dominice.
Scdm eſt indicatiuũ ſcitatis vginee di
cens ergo reſp. humanitate an. Sed ad qd
⁊ pp qd te reſpexit o btã vgo. Et notandũ
q̃ reſpectus diuine maieſtatis ⁊ miſeratio
nis eſt propter multa.

Primo ad fecũdãdũ p bñficiũ gre ſicẽ pe
tebat ppha. ps. Reſpice de celo ⁊ vide ⁊
viſita vineã iſtam. Scdo ad gubernan
dum per preſidiũ cuſtodie propheta in ps.
Deus ne elongeris a me deus meus in au
xiliũ meũ reſpice. Tertio ad illuminan
dum p radiũ ſapie. eccl. xlij. ca. Sol illu
minãs p oia reſpexit. Quarto ad rectifi
candum in rectitudine vie ppha in ps. Re
ſpice in ſeruos tuos dñe ⁊ i opa tua dirige

Quinto ad releuandum de miſeria.
ps. Dñs de celo in terrã aſpexit vt audi
ret gemitus cõpeditoꝝ ⁊ ſolueret filios in
terreptoꝝ. Sexto ad exaltandũ in pña
eccl. xj. ca. Oculus dñi reſpexit illũ. Et qꝛ
hec oia cõſecuta eſt. b. vgo dixit. Reſpexit
hũilitatem ⁊c. Sed qd meret hõ reſpectu
diue clemẽtie. Df qd pp multa. Primo p
aſpitatẽ pñie. luc. xx. c. Cõuerſus dñs reſpe
xit petrũ yſaie. xlvj. ca. Ad quẽ aſpitiã ad
trementem vba mea ⁊ contritos corde.



Scdo pp hũilitatẽ obie. vñ ppha i ps.
Ex celſus dñs hũilia reſpicit i celo ⁊ i terra
Judith. vj. ca. Dñe deus rex celi ⁊ terre in
tuere ſupbiã coꝝ ⁊ ſpice ad hũilitatẽ nr̃aʒ
vt dicit ppha i ps. Reſpexit i oꝛone hũili
um ⁊ nõ ſpreuit pces eoꝝ. Tertio pp de
lectatiõeʒ idigẽtie dõ i ps. Oculi ei⁹ i pau
perẽ reſpiciũt. Jdẽ ppha i ps. Reſpice in
me ⁊ miſerere mei. Quarto pp vitatẽ iu
ſtitie. gñ. iiij. c. Reſpexit dñs ad abel ⁊ ad
mũera ei⁹. qꝛ df. eccl. xxxiiij. c. Dona inimi
coꝝ nõ pbat altiſſimus nec reſpexit i obla
tionibus iniquoꝝ. nec i multitudine ſacrifi
cioꝝ eoꝝ ppitiabit pctis. Sexto pp fir
mitatẽ amicitie eccl. iiij. c. Gra dei ⁊ mu
nera ẽ in ſcõs ⁊c. Et qꝛ hec oia fuerũt i
btã vgine id dicit. Reſpexit. Qꝛ fecit ⁊ce.
quart⁹ verſus In hoc quarto vſiculo recognoſcit. b. vgo
bñficiũ ſibi exibitũ nõ ſibi aſcribendo ſʒ di
ne bonitati ⁊ ptãti dicẽs. Qꝛ fecit mihi ma
gna q. p. eſt. ſã. n. ei⁹. Ubi glo. Qꝛ mihi di
gnatus ẽ magna facere nihil meis meritis
attribuo ſʒ meã magnitudinẽ ad illũ refe
ro q eſſentialiter potẽs ẽ. qui de puis ⁊ i fir
mis magnos facit ⁊ fortes ⁊ facit duo.

Primo bñficiũ ſue fecũditatis attribuit
diue bonitati ⁊ potẽtie. ibi. Qꝛ fec. mi. m.
q. p. eſt. Scdo regratiaẽ diue clemẽtie.
ibi ⁊ ſcũm. nom̃ eius. Hec aũt ſunt q̃tuor.

Primũ ſcificatio i vtero materno Jere.
p°c. Priuſq̃ te formarẽ in vtero noui te.
⁊ añq̃ exires de vẽtre ſcificaui te Bernar
dus fuit pculdubio mr̃ dñi añ ſcã q̃ nata
ps. Scificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus
vt cõpetat ſibi qd de Moyſe df eccl. xlv°.
ca. Scõʒ fec eũ ⁊ elegit eũ ex omni carne.

Scdõʒ cõceptio filij in vtero ppꝛio Jere.
31. ca. Nouũ fecit dñs ſup terrã. femina cir
cũdabit viꝝ. qꝛ eius vrẽꝝ elegit fili⁹ dei in
tabernaculũ ſuũ. eccl. xxiiij. ca. Qui creauit
me requieuit in tabernaculo meo. Et ifra
Exulta ⁊ lauda hĩtatio ſyon. qꝛ magnus in
medio tui ſcũs iſrael: ps. lxxxvij. met°. p°.
Cãtate dño cãticũ nouũ. qꝛ mirabilia fec.

Tertiũ amplificatio meriti i exercitatio
ne meritoria. gñ. xvij. c. Faciã te creſcere in
gentẽ magnã dictũ ẽ habrae. qd ɔpetit btẽ
virgini de qua pruer. vltio. ca. Multe filie
cõgregauit ſibi diuitias tu vo ſup greſſas
es vniuerſas. Quartũ dilatatio pconij
in mũdo iſto ſʒ illõ q̃ dictũ ẽ dd p. parali
pemonon. xvij. ca. Fui tecũ quocũq; p exi
ſti. Interfeci oẽs inimicos tuos corã te feci
qʒ tibi nomẽ q̃ſi vnius magnatoꝝ q cole
bant i terra. Ruth. vlti°c. Faciat dñs hãc
mulierẽ ſicut fecit rachel ⁊ lyã vt ſit exẽpliũ
vtutis. Et infra hẽat celebre nomẽ. Et mi
ſericordia eius. In iſto. 5. vſiculo in q̃. b.
virgo duo facit. Primo explicat dulce
dinẽ pietatis ex pte dei miſerẽtis ibi. Et mi quintus
ſericordia ei⁹ a pgenie i progenies. Scdo verſus
indicat aptitudinẽ cõgruitatis ex pte hoïs
ſuſcipiẽtis. ibi. timẽtibus eũ. Cõſiderãs eni
btã vgo dulcedinẽ diue pietatis in ope in
carnatiõis oſtẽſaʒ dicit. Et miſericordia ei⁹
Uere de⁹ ẽ de miſericordia colẽdus ⁊ colau
dãdus. qꝛ effectũ miſericordie ſue multiplici
ter mãifeſtauit. Jd dic ppha. ps. lxxxviij.
Metro. p°. Miſericordias dñi in eternũ cã
tabo. ⁊ pñalr loqtur miſericordias pp mul
tiplices effect⁹ ei⁹. Primus ẽ redẽptio
pditoꝝ exodi. xv. ca. Dux fuiſti i miſicor
dia tua populo tuo quẽ redemiſti. luc p°c.
Ad faciendã miſericordiã cũ pribus nr̃is ⁊
memorari. Et phl. 2. ca. Deus q diues ẽ i
miſericordia pp nimiã charitatẽ qua dilexit
nos cum eſſemus mortui pctis viuificauit
nos in xp̃o. Quart⁹ reuocatio pctõrũ.
Ro. ix. ca. Uocabo nõ plebẽ meã: plebem
meã. ⁊ nõ dilectã meã. dilectã meã ⁊ nõ mi
ſericordiã cõſecuti. miſericordiã cõſecuti: q̃
vocatio eſt ad pñiam Metro. p°. capitu.
Nõ veni vocare iuſtos. ſed peccatores ad
penitentiam. Tertius ſubſtentatio ad
uerſorum Tre. 3. capi°. Miſericordie dñi.
qꝛ nõ ſumus cõſũpti. qꝛ nõ defecerũt miſa
tiones eius. Quartus expectatio p uſo tertia
ruʒ. ſapie. xi. ca. Miſeriſ oium dñe. qꝛ oia petitio
potes ⁊ diſſimulas pctã hoïum pp pñiaʒ.

Quint⁹ redẽptio conuerſoꝝ. luc. xv. ca.
Surgẽs venit ad prẽʒ ſuũ. Cũ aũt adhuc
lõge eẽt vidit eũ pr̃ ei⁹ ⁊ miſericordia mot⁹
cecidit ſup collũ ei⁹ ⁊ oſculatus ẽ eũ Jere.
3. ca. Reuertere ad me ⁊ cõuertar ad vos.

Sextus remiſſio delictorũ. eccl. xvij. ca.
Quã mag^a miſericordia di ⁊ ppitiatio ipi⁹
ɔuertẽtib⁹ ad ſe ppha i ps. Qm̃ tu dñe ſu
auis ⁊ mitis ⁊ mlte mie oib⁹ iuocantib⁹ te.

Septimum.cõmunicatio donoꝝ dſce.
ꝛ.ca. Sponſabo te mihi in iuſtitia ꝛ iudicio
ꝛ miſericordia ꝛ miſerationibꝰ ꝛ ſpõſabo te mi
hi in fidem ꝛ ſcies.qꝛ ego dñs eccl.xxxvj°.
capi. Miſerere deus oium ꝛ reſpice nos.
Octauum.protectio in firmoꝝ.ps Mi
ſericordia mea ꝛ refugiuꝫ meum ſuſceptor
meus ꝛ liberator meus.
Nonum.conſolatio afflictorum.ꝛ°.cor.
p°.ca. Bñdictus deus pr dñi nri ieſu xꝛ q
cõſolatꝰ nos in diuini tribulatione noſtra.
Decimũ.glorificatio electoꝝ.ps. Mia
hedificabitur in celis preparabitur veritas
tua in eis. Cum ergo tantũ ſit effectus di-
ne miſericordie cõgrue magnificauit eũ btã
vgo dicẽs. Et miſericordia eius ꝛc. Oſtenſa
aũt dulcedo ex pte dei miſerentis. Nũc oſtẽ
dit aptitudinem ex parte hominis ſuſcipiẽ-
tis.ꝛ°.dicit.timẽtibus ſe.ipſe eniꝫ miſeretꝰ.
Primo.reuertẽtibus per amaritudinem
pñie.yſa.v.ca. Derelinquat impius viam
ſuam ꝛ vir iniquus cogitationes ſuas ꝛ re
uertatꝰ ad dñm ꝛ miſerebitur eiꝰ ꝛ ad deũ
noſtruꝫ qm̃ multus eſt ad ignoſcendum.
Secundo.confitentibus pp magnitudi
nem erubeſcentie pũerbiorum.xxviij.ca°
Qui abſconderit peccata ſua non dirige-
tur.qui autem confeſſus fuerit ꝛ reliquerit
ea miſericordiam conſequetur.
Tertio.ſatiſfacientibus pp tenerituti
nem iuſtitie Tobie.13.ca. Cõuertimini pec
catores ꝛ facite iuſtitiam.
Quarto.obedientibus pp ſubiectioneꝫ
reuerentie:deutero.32.ca. Judicabit deus
populum ſuũ ꝛ in ſeruis ſuis miſerebitur.
ps. Et miſericordia eius ab eterno vſqꝫ in
eternũ ſup timẽtes eũ. Jtẽ.ps. Quõ miſeretꝰ
pr filioꝝ miſertus eſt dñs ſup timentes ſe
quoniã ipſe cognouit figmentum noſtruꝫ.
Quinto.confidentibus pp certitudinẽ
fiducie dõ in ps. Bñplacitũ ẽ dño ſup tim̃
tes eũ ꝛ in eis q ſperãt ſup miſericordia eiuſ.
Sexto.diligentibus pp teneritudinem
amicitie deutero.v.ca. Ego dominus deꝰ
tuus emulator faciens miſericordiã in mul
ta milia diligentibus me.
Septimo.compatientibus pp dulcedi-
nẽ clementie Math.v.c. Beati miſericor
des quoniam ipſi miſericordia cõſequentꝰ.
Octauo. ſubſtinentibus pp longitudi-
nem pſeuerantie Marci.viij.c. Miſereor
ſup turbã.qꝛ ecce iam triduo ſubſtinẽt me.
Nono.indigentibus pp certitudinem
in opie.ps. Reſpice in me ꝛ miſerere mei.
da imperium tuum puero tuo ꝛ ſaluum fac
filium ancille tue.
Decimo.indulgentibus pp relaxationẽ
iniurie Math.xviij. Serue neq̃ omne de
bitum dimiſi tibi qm̃ rogaſti me:nõ ne er-
go oportuit ꝛ te miſereri conſerui tui ſicut
ꝛ ego tui miſertus ſuꝫ. Jdem.vj.capi. Si
demiſeritis hoibus peccata eoꝝ ꝛ pr veſter
celeſtis dimittet vobis peccata veſtra. ꝛ qm̃
iſta excitat timor.ideo.b.virgo dicit. ꝛ mi-
ſericordia eius a progenie in progenies ti-
mentibus eũ. Fecit potentiam ꝛc. Jn hoc
ſexto verſiculo.b.virgo magnificat deum
pp beneficium incarnationis ſecunduꝫ ꝙ ſextus
eſt declaratiuum diuine poteſtatis. Supli verſus
plicat aũt cenſitudinem poteſtatis paterne.
Primo p comparationem ad filiuꝫ cũ
dicit.fecit potentiam in.b.ſuo.i.potenter p
filiũ ſuũ egit:vel filio cõmunicauit poten-
tiã vel potẽtiã manifeſtauit i icarnatõe filij.
Secundo pp cõparationem ad ꝯrium.
i.ad diabolum ſibi.diſperſit ſuper bos mẽ
te cordis ſui.d.ergo fecit potentiã. Rõna-
biliter aũt magnificat deum rõne potẽtie.
Primo.qꝛ miſerabilis eccl.xliij.c. Jpſe
eſt omnipotens ſup oia opa ſua terribilis
dñs ꝛ magnus vehementer ꝛ mirabilis
poᵃ eius. Eſt auteꝫ admirabilis pp q̃tuor.
Primo.quia inſuperabilis. p.pal.vltĩ
mo.capi. Dicit dauid.tua eſt dñe magnifi
centia ꝛ poᵃ ꝛ gloria atqꝫ victoria ꝛ tibi
laus:cũcta.n.q̃ i celo ſũt ꝛ i terra tua ſunt.
Secũdo.qꝛ in cõparabilis.ꝛ°.per ali.20.
ca. Dicit ioſaphat Domine deus patruꝫ
noſtrorum tues deus in celo ꝛ dñaris cũ-
ctis regnis gentiũ in manu tua ẽ fortitudo
ꝛ poᵃ nec quiſquam poteſt tibi reſiſtere.
Tertio.qꝛ in ennarabilis.ps.104. Me
tro.ꝛ°. Quis loquetur potentias dñi audi-
tas faciet omnes laudes eius.eccl.iiij.capi.
Magna eſt potentia dei ſolius ꝛc. Unde i
ps. Ut notã faceret filijs hominũ potẽtiã.



ſuam ꝛ gloriam magnificentiam regni ſui.
Quarto.qꝛ i terminabilis. Danielis.3.
ca. Regnum tuũ regnũ ſempiternũ ꝛ po-
teſtas eiꝰ i gñeratiõe ꝛ gñeratione. Jdẽ.c.7.
Poteſtas eiꝰ poteſtas eterna:q̃ ñ auferetꝰ
ꝛ regnũ eius qd nõ corrumpetꝰ. hanc potẽ
tiam admirabilem oſtendit dñs multipliciter.
Primo in pductione vniuerſoꝝ.ſapie
xj.ca. Nõ eniꝫ erat impoſſibilis oipotens
manus tua q̃ creauit orbem terrarum ex
natura inuiſa ephe ſio.3.c. Ei autẽ qui po-
tens eſt oia facere ſuphabũdãter quã peti-
mus aut intelligimus.qꝛ intellectuſ noſter
non capit ꝛce.
Scdo in diſpõne pductoꝝ ſapie.xij.c.
Tu aũt dñator virtutis cũ trãquillitate iu
dicas ꝛ cũ magna reuerẽtia diſpõis nos.
ſubeſt.n.tibi gra.ps. Preparãs montẽ in
vtute tua accitus potentia q cõturbas p-
fundũ maris ſonum fluctuuꝫ eius.
Tertio.in repatione de pditoꝝ. heb.xj.
ca.d.õ habraã arbitrãs.qꝛ ꝛ a mortuis po
tens eſt ſuſcitare dñs Math.4.c. Potẽs
eſt deus de lapidibꝰ iſtiſ ſuſcitare filios ha
brae actuũ.20.ca. Potẽs eſt deus dare he
reditatem in ſanctificatis ſuis.
Quarto in gubernatione famuloꝝ he-
bre.ꝛ.ca. Potẽs eſt deus ꝛ eos q tẽptãtur
auxiliari. ꝛ danielis.3.c. Ecce deus nr quẽ
colimus potẽs ẽ nos eripe dcamino ignis
ardẽtis ꝛ dmanibus tuis o rex liberare.
Quinto in dbellatiõe aduerſoꝝ.ps.23.
Metro.viij. Dñs fortis ꝛ potẽs dñs po
tẽs i plio.ſapie.10.c. Certamẽ forte dedit il-
li vt vinceret. Danie.3.ca. Qui oſtẽdũt ſer
uis tuis mala cõfundantꝰ i oipotẽtia tua ꝛ
robur eoꝝ cõteratꝰ. Sexto i cõcultatiõe
ſupboꝝ.yſa.x.c. Detraxi q̃ſi potẽs i ſubli-
mi reſidentes. Danie.iiij.c. Ego nabuchdo
noſor laudabo.ꝛ glificabo regẽ celi.qꝛ oia
opa eiꝰ vera ſũt ꝛ oẽs vie eiꝰ iudicia.ꝛ ĩfra
in ſupbia põt hũiliare. Septio i relaxa
tiõe dlictoꝝ marci.ꝛ.ca. Quis põt dimitte
re pctã niſi ſolus deus. Math.ix.ca. Ut ãt
ſciatis.qꝛ filiꝰ hoĩs hꝫ ptãtẽ i terra dimittẽ
di pctã ait paralitico.ſurge qꝛ fides tua te
ſaluũ fecit.dimittere pctã ẽ actꝰ poᵉ infini-
te.ꝛ hꝫ fit niſi p grãꝫ quã ſolus deuſ creat.
Octauo in multiplicatiõe bñficioꝝ.pᵉ.
cor.xi.ca. Potẽs ẽ aũt dꝰs oẽm grãm ha
bũdare ꝛ facere in vobis Et id gcgo pmi
tit põt i plere. Ro.iiij.c. Pleniſſime ſciẽs
qꝛ quecũqꝫ pmiſit dꝰs potẽs eſt ꝛ facere.
Nono in cõdẽnatione ipioꝝ. Et id for
midãdũ.luc.xꝛ.c. Potiuſ hũc timete q põt
aiam ꝛ corpus pdere in gehẽnaꝫ.eccl.p°c.
Unꝰ ẽ altiſſimꝰ creator oiuꝫ oipotens rex
potẽs.ꝛ ĩfra.ſedẽs ſup thronũ ꝛ dñanſ deꝰ.
Decimo in exaltatiõe electoꝝ.ps.10 v:
Metro.ix. Saluauit eos pp nomẽ ſuũ vt
notã faceret potẽtiã ſuã.danielis.3.c. Nõ
eſt alius deꝰ q poſſit ita ſaluare.pme petri
ca.5°. Humiliamini ſub potẽti manu dei
vt vos exaltet in tpe viſitatiõis. Hãc potẽ
tiã q̃rebat pphã dicẽs i ps.lxxviij. Metꝰ
3. Excita potẽtiã tuã ꝛ veni vt ſaluos faci
as nos.qd factũ fuit i incarnatiõe filij dei.
Scdo qꝛ triũphãti apoc.xvij.ca. Hi.ſ.
decẽ reges prenoiati cũ agno pugnabũt ꝛ
agnus vincet illos qm̃ dñs dñoꝝ eſt ꝛ rex
regũ. Jdõ dic.b.vgo fecit potẽtiã i bra.ſuo
ꝛc.i.i filio ſuo icarnato q dr brachiũ patne
vtutis yſa.lxij.c. Brachiũ dñi cui reuela-
tũ ẽ. ꝛ dr ꝙ quatuor. Prio pphyca p-
nũtiatiõe reuelatũ.ps.lix. Metro.20. Do
nec anũtieꝫ brachiũ dñi generatiõi q̃ vẽtu
ra ẽ. Scdo gratuita icarnatione manife
ſtũ yſa.52.ca. Parauit dñs brachiũ ſuũ i
oculis oiuꝫ gẽtiũ. Tertio hũana redẽpti
one exercitatũ ps.lxxv. Metro.xiiij. Red
demiſti i brachio tuo populũ tuũ filios ia-
cob ꝛ ioſeph. Quarto ardua ſublimatiõe
glificatũ.eccl.xxxvi.ca. Glorifica manũ ꝛ
brachiũ dextrũ. Que glia marie manifeſta
bitꝰ i iudicio yſa.30.ca°. Auditã faciet dñs
gliaꝫ vocis ſue ꝛ terrorẽ brachij ſui oſten-
det hoc etiã brachiũ. Eſt p° cõfirmatiuũ in
firmoꝝ.ps.lxxxvii. Metro.xi Manus.n.
mea auxiliabitꝰ ei ꝛ brachiũ meũ cõfortabit
eũ. Et ps. Scdm magnitudinẽ brachij tui
poſſide filios mortificatoꝝ. Eſt.ꝛ.ſupatiuũ
aduerſoꝝ.ps. Jn brachio vtutis tue dpoſui
ſti aduerſarios meos yſa.iiij.ca. Ecce dñs
in fortitudine veniet ꝛ brachiũ eius dñabitꝰ
exo.xv.c. Jrruat ſup eos formido ꝛ pauor
i magnitudie brachij tui. Eſt 3°.liberatiuũ

oppreſſorum de vtero. v. c. Memento q̄
ſeruieris in egypto ⁊ eduxit te deus tuus i
manu forti ⁊ brachio extento. p̄s. 155. me
tro. 10. Qui percuſſit egyptū cū primogenitꝭ
eoꝝ q eduxit iſrael d med⁹ eoꝝ i manu po
tēti ⁊ brachio excelſo. Eſt 4⁹ cōgregatiuū
diſpſoꝝ yſa. xl. ca. In brachio ſuo ꝯgrega
uit agnos. ſ. ad gl̄iam de qua dō i p̄s. Cō
grega nos de natiōibus ⁊c. Itē ꝓphe i
p̄s. Saluauit ſibi dextera eius ⁊ brachium
ſc̄m eius. Huic brachio deus pꝛ potētiā cōſ
cauit. Iō. d. x̄. b̄ndicta. Fecit potētiā. De
poſuit ⁊c. Iſte eſt ſeptimus v̄ſiculus. In q̄
ſeptim⁹ verſus .b. vir. magnificat deū ex cōſideratiōe ptā
tis quā exercet in depſſione ſupboꝝ ⁊ exal
tatiōe hūiliū. iō dicit. depoſuit. Et fac̄ duo
Prio declarat diuā potētiā vt hūiliati
uā ſublimiū. ibi. depoſuit po. deſe. Scdo
vt clarificatiua hūiliū. ibi ⁊ exultauit hūi
les. Circa hoc vltimū ē notādū q̄ ad exal
tatiōnē glie diſponūt opa v̄tuoſa. eccl. 4⁹
ca. Facultates ⁊ v̄tutes exaltāt coꝛ. ſꝫ ſpūa
liter. Prio auſteritas penitētie. eccl. xi.
ca. Eſt hō marcidus egēs recupatiōe plus
deficiens v̄tute ⁊ habundās paupꝛtate. ⁊ in
fra oculus dn̄i reſpexit illū i bono ⁊ erexit
illū ad hūilitatē ipſius ⁊ exaltauit caput
eius. Scdo claritas ſapie ꝓuer. iiij. ca⁹.
In oi poſſiōe tua acqre prudentiā ⁊ accipe
illā ⁊ exaltabit te. Idē ca⁹ lij. Ecce itelliget
ſeruus me⁹. Tertio v̄itas iuſtitie. eccl.
20. c. q opat̄ terrā i altabit aceruū frugū ⁊
q opat̄ iuſtitiā ip̄e exaltabit̄ firmitas patiē
tie. eccl. xv. c. Firmabit̄ in illo ⁊ nō flectet̄
⁊ cōtinebit illū ⁊ nō cōfundet̄ ⁊ exaltabit
illū apd ꝓximos ſuos. Quarto aſſidui
tas violētie. p̄s. lix. Metro. 2. Afinib⁹ ter
re ad te clamaui dū anxiaret̄ coꝛ meū i pe
tra exaltaſti me. Quinto ꝓfunditas re
uerētie. luc. xviij. c. Oēs q ſe exaltat hūilia
bit̄ q ⁊ ſe humiliat exaltabit̄. Iō. b. vir. dī.
⁊ exaltauit humiles. Eſurientes iplenit ⁊c.
octau⁹ verſus Iſte eſt octauus v̄ſiculus in q̄. b. vir. ma
gnificat deū ex cōſideratiōe diue largitatꝭ
que oſtēdit̄ i diffuſiōe doni. Et facit duo.
Prio explicat largitatē magnificentie
expte dei iſluētis. ibi. iplenit bonis. Scdo
indicat ydoneitatē expte hoīs appētentis.

ibi. eſurientes. Cōſidat p⁹ affluētiā largita
tis. ⁊ merito. q2 ipſe replet aiam. Prio
claritate ſapie q̄tū ad itellectiuā. eccl. xvij.
ca. Sēſum ipleuit coꝛ illoꝝ ⁊ mala ⁊ bo
na oſtēdit illis. Idē. c. xv. Impleuit eū ſpū
ſapie ⁊ intellectus exo. 13. ca. Ecce vocaui
ex noīe beſeleel de tribu iuda ⁊ impleui eū
ſpū dei ſapia ⁊ intelligētia ⁊ ſcia in oi ope
ad ex cogitandū. Scdo ſuauitate letitie
q̄tū ad effectiuā. p̄s. lxj. Metro. vj. Sicut
adipe ⁊ pinguedine repleat̄ aia mea ⁊ la
bijs exultatōis laudabit os meū. eccl. xxiiij.
ca. Trāſite ad me oēs q ꝯcupiſcitis me ⁊ a
generationib⁹ meis iplemini ſpūs. n. me⁹
ſup mel dulcis. Tertio bonitate iuſtitie
q̄tū ad opatiuā. yſa. 33. ca. Implebit ſyon
iudicio ⁊ iuſtitia ⁊ erit fides in tpibus ſuis
Quarto generoſitate loquele q̄tū ad in
terpꝛetatiuā. p̄s. lxxix. Metro. ix. Dilata
os tuū ⁊ iplebo illud. act. p⁹ c. Repleti ſūt
oēs ſpū ſcō ⁊ ceperūt loq. Quito copio
ſitate grē quātū ad totā aiam ꝓuer. 3⁹. ca.
Honora dn̄z de tua ſbā ⁊ d primitijs oiuꝫ
frugū tuaꝝ da paupꝛib⁹ ⁊ implebunt̄ orrea
tua ſaturitate. p̄s. 104. Metro. xvij. Apie
tu manū tuā ⁊ iples oē aīal b̄ndictiōe ꝓuer.
viij. ca. In vijs iuſtitie ābulabo i medio ſe
mitaꝝ iudicij vt ditē diligētes me ⁊ theſau
ros eoꝝ repleā. eccl. p⁹. Oēm domū illi⁹ i
plebit a generatiōib⁹ ⁊ receptacula atheſa
uris illius. Sexto p̄cioſitate glie q̄tū ad
totā naturā. p̄s. lxiiij. Metro. v. Replebi
mur i bōis dom⁹ tue ſcm̄ ē tēplū tuū mira
bile in eqtate. Itē p̄s. Ad iplebis me leti
tia cū vultu tuo delectatiōes i dextera tua
vſqꝫ i finē. Hāc largitatē cōmēdās. b. vir.
dīc. Eſurientes iplenit ⁊c. Illos. ſ. q eſuriūt
⁊ ſitiunt iuſtitiā de qb⁹ Math. v. c. Bti q
eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſtitiā qm̄ ipſi ſaturabunt̄
p̄s. 105. Metro. ix. Aiaꝫ eſurientē ſatiauit
bonis. Suſcepit iſrael ⁊c. Iſte ē nonus v̄ſi
culus in q̄. b. vir. magnificat deū ex ꝯſide nonus verſus
rōne diue ꝓmiſſionis ⁊ v̄itatis q̄ oſtēdit̄
in ad ipletiōe ꝓmiſſi. ⁊ facit duo. Prio
explicat ⁊ declarat diue ꝓmiſſiōis ad iple
tionem iā factā. ibi. ſuſcepit iſrael. p. ſuum.
Scdo manifeſtat huius ꝓmiſſionis im
pletionē ꝑteritā. ibi. ſic loquut⁹ ē ad. p. no



ſtros ⁊c. Primū eſt declaratiuū v̄itatꝭ.
Scdm eſt inſinuatiuū p̄ietatis. Qd eni
impleuit ꝓmiſſum v̄itatis fuit. qd aūt fu
it dignatus ꝓmittere pietatis fuit magnifi
cans aūt. b. vir. dn̄m in ope icarnatiōis ex
cōſideratiōe dn̄ice v̄itatis. dicēs. Suſcepit
iſrael ⁊c. Notādum q̄ deus ſuſcepit aiam
multipliciter. Prio ad purificādū imū
dā. p̄s. 105. Metro. xvij⁹. Suſcepit eos de
via iniqtatis eoꝝ. Itē p̄s. lvij. Metro. vl
timo. Adiutoꝛ meus tibi pſallā. q2 de⁹ ſu
ſceptoꝛ meus es deus me⁹ miſericordia mea
.ſ. ad purgādum. Scdo ad viuificandū
mortuaꝫ. p̄s. 131. Metro. iiij. Suſcipe me
ſcdm eloquium tuū ⁊ viuam. q2 pctm̄ aiam
occidit. Tertio ad liberādū oppꝛeſſam
ſapie. 2. ca. Si eſt verus dei filius ſuſcipiet
illū ⁊ liberabit eū de manu ꝯtrarioꝝ. p̄s. xxix.
Metro p⁹. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti
me nec delectaſti inimicos meos ſup me.
Quarto ad rectificandū ingnaraꝫ. eccl.
iiij. Sapia filijs ſuis vitā imſpirat. ⁊ iſra q
tenuerit illā vitā hereditabit ⁊ q̄ introibit
b̄ndicet deus. Quinto ad cōſolādū affli
ctā. p̄s. lvij. Metr⁹. xix. Fact⁹ es ſuſceptoꝛ
meus ⁊ refugiū meū i die tribulatiōis mee
Itē p̄s. In vmbra alarū tuaꝝ ſpabūt do
nec trāſeat iniqtas. Sexto ad defenſādū
infirmā. Iere. p⁹. c. Ne timeas a facie eoꝝ
q2 ego tecū ſum vt eruā te dīc dn̄s nā ⁊ ip̄e
deus meus ſalutaris meus ſuſceptoꝛ me⁹
nō emigrabo. Itē in p̄s. dediſti ꝓtectionē
ſalutis tue ⁊ dextera tua ſuſcepit me. Se
ptimo ad recōciliādū aduerſā iere 3. c. Foꝛ
nicata es cū amatoꝛib⁹ multis tn̄ reuerte
re ad me dīc dn̄s ⁊ ſuſcipiā te. Octauo
ad ſatiandū famelicam act. vij. c. Dn̄e ie
ſu accipe ſpm̄ meū. ezechie. 20. c. In odorē
ſuauitatꝭ ſuſcipiā vos cū eduxero vos de
pplis ⁊ cōgregauero vos de terris inqbus
diſperſi eſtis ⁊ ſcificaboꝛ in vobis. ⁊ cū ad
hāc gliaꝫ educit̄ aia tota ſatiat̄. p̄s. Satia
boꝛ cū apparuerit glia tua. Ad cuius ꝑfect
patiōnē ordinata ē icarnatio filij dei. Iō
dicit. b. vir. Suſcepit. Et notādū q̄ de⁹ ſu
ſcipit aiaꝫ pp̄ q̄tuoꝛ. Prio pp̄ pulchri
tudinē innocētie decoꝛātis. p̄s. Me aūt pp̄
innocētiā ſuſcepiſti ⁊ ꝯfirmaſti me i ꝯſpe

ctu tuo in eternū. Scdo pp̄ amaritudinē
pn̄ie amaricātis. dan. 3. ca. In aio ꝯtrito ⁊
ſpū hūilitatis ſuſcipiamur dn̄e a te ſic i ho
locauſtū arietū ⁊ thauroꝝ. Ter⁹ pp̄ mā
ſuetudinē clemētie miſerātis. p̄s. 146. me
tro vi. Suſcipiēs māſuetos dn̄s hūilians
aūt peccatores vſqꝫ ad terrā. Quarto pp̄ foꝛ
titudinē ꝯſtātie roboꝛātis. p̄s. Foꝛtitudinē
meā ad te cuſtodiā. q2 deus ſuſceptoꝛ meus
es deus meus miſericoꝛdia eius preueniet
me. ⁊ ideo beata virgo dicit Suſcepit iſra
el pu. ſuum ⁊c. Cuius ⁊c Amen.

## Tractatus de corpoꝛe xp̄i.

Memoriā fecit mirabiliū ſuoꝝ mi
ſericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ dn̄s eſcam
dedit timentibus ſe. p̄s. xi. Tria
ſunt preconiā de qb⁹ ſolēt pnci
pes cōmendari pncipaliter. ſ. Primū ē
potētia. q2 pncipatus nō eſt niſi qdā ciui
lis poteſtas. vn̄ ꝓuer. xiiij. In multitudie
ppli dignitas regis ⁊ in paucitate plebis
ignominia pncipis. Scdꝫ ē clemētia pn
cipis. q2 ptās ſine clemētia v̄tit veꝝ pnci
pem i tyrānū. iō dixit ille rex maximus ar
tharerſes. heſter. 13. Cū gētibus plimis im
parem vt vniuerſuꝫ oꝛbē. mee ditōi ſubiu
gaſſem nequaq̄ volui magnitudie po⁹ ab
uti. ſꝫ clemētia ⁊ lenitate ſubditos guber
nare. Tertiū eſt magnificātia q̄ ē v̄r⁹ cō
ueniēs ſolis pncipibus. ideo dr̄ heſter p⁹. c.
q̄ impatoꝛ aſſuerus fecit cenā magnā pn
cipibus ſuis. ⁊ eā fecit habundāter ⁊ pcce
pit oia miſtrari ſm̄ q̄ magnificētia regia
dignum erat. Et q2 chꝛiſtus dn̄s ē prin
ceps omnium. ⁊ rex regum. ⁊ dominus do
minantium apoc. i. Idcirco poteſt excellen
ter ab hoc triplici preconio ꝯmendari. Et
ſpecialiter in digniſſimo eucharíſtie ſacro.
Primo nanqꝫ oſtendit in eo ſuam po
tentiam. q2 non eſt maioꝛis virtutis mun
dum de nullo creare q̄ ſubſtantiam totaꝫ
panis in ſuum coꝛpus ſubiecto conuertere
in coꝛruptibile. Et ideo pꝛemittitur in ver
bo pꝛopoſito. Memoriaꝫ fecit ⁊c. Opera
enim mirabilia declarāt diuinā potētiā ꝑ
quibus pꝛopheta in p̄s. 138. Confiteboꝛ ti
bi domine. quia mirabiliter magnificatus
es. ⁊ mirabilis opa tua ⁊ anima. m. co n̄.

Scdo xp̄s in eo ſuam clementiam oſtē-
dit. qꝛ ibi ſemetipſuȝ totū dedit. tā idignis
q̄ꝫ dignis. ꝛ iõ ſequitur. Miſericors ꝛ mi
ſerator dñs de qua clementia dicit prophe
ta. p̄s. 70. Suauis dñs vniuerſis ꝛ miſera
tiones eius ſuper omnia opera eius ꝛc.
Tertio oſtēdit illi ſūme ſuā magnificen
tiā. qꝛ ibi ſtatuit dare vnū ferculū q̄ hȝ i ſe
plus de p̄cioſitate q̄ꝫ valcat totū ſuū regnū
Jõ ſubiūgit. Eſcā dedit timētibus ſe. vnd̄
idē ꝓpħa in ſeptē p̄s. iſtā dīnaȝ magnificē
tiā extollēdo dicit. Oculi omniū i te ſpant
dñe ꝛ tu das illis eſcā in tp̄e opoꝛtuno. Et
qꝛ apertio manus in p̄ncipe deſignat ma-
gnificentiā. adiūgit. Aperis manū tuā ꝛ in
ples oē aīal benedictione. Qꝛ ergo ſollēni
tas pn̄s eſt circa eucharistie ſacꝛꝫ. Jdcirco
ad illi⁹ ſacri miſteriū declarādū occurrūt
q̄tuoꝛ ↄſiderationes ſeu cōtemplationes.
¶ Quaꝝ. ſ. p̄ma ē d̄ iſti⁹ ſacramēti entitate.
¶ Secunda eſt. de ipſius vnitate.
¶ Tertia eſt de eius veritate.
¶ Quarta eſt de eius bonitate.
¶ Quantū ad p̄mā contēplationē. que eſt
prima ↄtēpla. d̄ illi⁹ ſacri entitate eſt itelligēdū q̄ ſic dic
bt̄us Gre. in omel' paſchali. Jn hoc ſacꝛo
Aliud eſt q̄ cernit. ꝛ aliud q̄ credit. Jllud
q̄ cerni' eſt ſp̄es panis ꝛ vini i hoſtia ꝛ ca
lice. Sed illud q̄ credit eſt v̄itas carnis ꝛ
ſanguis xp̄i. Jntelligēdū ē tn̄ q̄ ſub ſpē
panis q̄ videt i hoſtia q̄tuoꝛ eē credūtur.
Q. ſ. P̄o credit ibi eē coꝛpus xp̄i ex vi
v̄boꝝ. qꝛ verba cōſecratiōis de ſolo coꝛpe
faciunt mētionē. Scdo eſt ibi ſanguis
xp̄i. ex cōcomitantia i mediata. qꝛ ſāguis in
mediate diſpōit coꝛpus ad vitā. Tertio
eſt ibi aīa xp̄i ex cōcoitantia ꝓpinqua. qa
lȝ aīa ñ viuificaret niſi ſāguine mediāte tn̄
ptinet ad candeȝ naturā. ꝛ iõ ↄcoitātia ip̄ꝫ
ꝓpinque. Quarto eſt ibi diuinitas ver
bi ex ↄcoitātia remota. qꝛ lȝ diitas cū tribus
p̄cedētibus faciat vnū ſuppoſitū nō tn̄ ptī
net ad candem naturā. Sed ex iſtis acci
piunt duo catholica documēta. Prim̄
eſt q̄ ſanguis xp̄i nō ſolū eſt i calice ſic ali-
qui ymaginātur. ꝛ coꝛpus tm̄ in hoſtia. y°
totus ſanguis xp̄i eſt vere in hoſtia. qꝛ ex q̄
reſurrexit ſanguis ſuus nō fuit niſi ifra coꝛ
pus. Scdm̄ eſt q̄ talis inſtitutio eſt in ec
clia moderna. Et ñ eni in p̄mitiua ecclia ſa-
cr̄m hoc ſub eadē ſpē miſtrabat populo tn̄
qꝛ circa ſp̄es vini multa pericula acciderūt
effuſionis. inſtitutū eſt. vt ſub ſpē panis tm̄
populo coicetur. qꝛ ſub vtraqꝫ ſpē taȝ coꝛ
pus q̄ꝫ ſanguis ſuſcipit. Jntelligēdū ē tn̄
q̄ in calice credunt eē illa eadē q̄tuoꝛ q̄ di-
cta ſunt lȝ alio oꝛdine. Qꝛ primo eſt ibi
ſanguis ex v̄tute v̄boꝝ ꝓ eo q̄ v̄ba conſe
cratiōis calicis de ſolo ſanguine faciūt mē
tioneȝ. Scdo credit coꝛpus xp̄i ibi eē ex
concoitātia in mediata. qꝛ eſt ibi coꝛpus in
mediate receptū. Ter° credit eē ibi aīa
ex cōcoitātia ꝓpinqua. qꝛ ptinet ad eandē
naturā humanā ꝛc. Quarto credit eē
ibi diuitas ex ↄcoitantia remota. qꝛ nō ptī
net ad eādē naturā q̄uis bñ ad idē ſuppoſi
tū. Sȝ hic accipiunt duo alia documēta.
Primū eſt q̄ cū ſit aliud q̄ cernit ocu
lis coꝛpoꝛis. ꝛ aliud q̄ credit oculis mētis
Jn hoc ſacꝛo ofo nō ē dirigenda ad illud
q̄ cernit. ſȝ tm̄ ad illud q̄ credit. qꝛ illud ē
dignum adoꝛatiōe ꝛc. Scdm̄ eſt q̄ v̄ba
cōſecratiōis ſecrete pꝛoferunt a ſacerdote.
Añ eleuationē nō dȝ appl° adoꝛari. qꝛ nū
dum cōſtat ibi eſſe coꝛpus xp̄i pp periculū
ydolatrie. Qd aūt illa quatuoꝛ q̄ dicta
ſunt in hoc ſacꝛo digniſſimo ſint pꝛobat p
btm̄ ābꝛoſiū in li° de ſacris qui dicit q̄ illa
q̄ fuerūt in vtero v̄ginis iueniunt in illo
digniſſimo ſacꝛo. Quod v̄o illa fuerint in
vtero v̄ginis ꝓbat p anſel. in li° de ↄceptu
v̄ginali. Et illa quatuoꝛ ſaluatoꝛ oñdit ibi
eſſe. Jo. v. dicens. Ego ſum panis viuus q
de celo deſcendi. Per hoc enim q̄ dic pa
nis dat itelligere coꝛpus. qꝛ ibi dicit. Caro
mea vere ē cibus. Per hoc q̄ dicit viuus
dat itelligere animā p q̄ꝫ coꝛpus viuificat.
Et qꝛ aīa ſine ſanguine coꝛpus nō pōt vi-
uificare. Jdeo ſubiungit. ꝛ ſanguis. Dicit
aūt. Qui de celo deſcendi pp diuinitatem.
Sed circa iſta dicta accipiunt quatuoꝛ
veritates. Quaꝝ pꝛima eſt q̄ in hoc ſa-
cramēto ꝓpꝛie non videt xp̄s oculo coꝛpo
rali. qꝛ aliud eſt ibi q̄ cernit. ꝛ aliud q̄ cre-
ditur ſȝ Grego. Et hoc iõ. qꝛ ſi ibi xp̄s cer
neretur. idem eſſet q̄ cernitur ꝛ creditur.



Ratio autē quare nō cernitur ibi xp̄s ē. qꝛ
accidentia que ibi cernuntur non ſunt i coꝛ
poꝛe xp̄i ſic in ſubiecto. Scda veritas ē
quod licet ibi ꝓpꝛie non videat xp̄s tn̄ nō
errant fideles qui dicunt ſe videre xp̄m in
manibus ſacerdotis. qꝛ nullus errat cuius
verba poſſunt verificari eo modo quo ve-
rificatur diuina ſcriptura in qua dr̄ q̄ ali-
qui viderūt deū oculo coꝛpoꝛali ſic Moy
ſes vidit dn̄m cernendo coꝛpoꝛaliter rubū
exodi. 3° Non q̄ videret ibi diuinitatē. ſed
qꝛ diuinitas aſſiſtebat illi rubo. Et ita coꝛ-
pus xp̄i ſuo modo aſſiſtit ſpeciēb⁹ q̄ i hoc
ſacramento cernunt. Tertia veritas ē
quod ſi bt̄us Petrus celebraſſet miſſaȝ in
triduo mortis xp̄i. cū in cena ſacerdos fu-
erat oꝛdinatus. Tunc in oſtia non fuiſſent
credita niſi duo. ſ. coꝛpus xp̄i ꝛ diuitas ei⁹
qꝛ tunc caro xp̄i erat moꝛtua. ꝛ tunc aīa eā
non cōcoitabatur. nec ſanguis. qꝛ iam erat
effuſus ſuper terram. ꝛ coꝛpus i ſepulchꝛo
ꝛ aīa in inferno. Et iõ cum ſanguis ꝛ aīa
nō ſint in oſtia niſi p cōcoitātiā tūc ibi nō
fuiſſent. Tñ qꝛ diuitas remāſit i moꝛte vni
ta cū coꝛpoꝛe. ideo fuiſſet ibi ex tali concoi
tātia. Quarta veritas eſt. quod ſi bt̄us
Jacobus qui miſſam oꝛdinauit p° dixiſſet
miſſaȝ in hoc triduo tunc in calice nō fuiſ
ſet niſi ſanguis. quia nō ē ibi coꝛpus ꝛ aīa
niſi p concoitantiam ꝛ tunc coꝛpus erat a
ſanguine ſeperatum. ꝛ aīa ſidelr ſeperata.
Nec diuinitas fuiſſet ibi ſic vnita ſāguini
ſicut carni. qꝛ nō remāſiſſet coicatio ydio-
matū que pꝛouenit ex tali vnione. vt hētur
p° de tri. vñ nō erat veꝝ dr̄e tunc hoc ſan
guine demoſtrato. iſte ſanguis ē de⁹ ſic pp
ſepulturam coꝛpoꝛis dicim⁹ deū eſſe ſepul
tuȝ. ꝛ non in cruce remāſiſſe. ſicut remāſit
ibi ſanguis. Et rō eſt. qꝛ coꝛpus eſt pꝛinci
palis pꝛs ꝛ nō ſanguis hoīs. Jntelligēdū
tamē eſt q̄ qñ ſacerdos defert coꝛpus dñi
ad coicādū fidelē dicit. Credis hoc eē coꝛ
pus dni de virgie natuȝ et in cruce paſſuȝ
Reſpondit. vtiqꝫ. tūc et ſacerdos iterogās
ꝛ fidelis pꝛofitēs dȝ dirigere intentionem
ſuam ad illud q̄ creditur. ꝛ nō ad illud q̄
cernitur. qꝛ tunc vterunqꝫ crederet cum illō
q̄ cernitur non ſit coꝛpus xp̄i ſm̄ b. Gre.
Jntelligendū eſt tn̄ ſup q̄ ſimplices ꝓ-
ni ſunt niſi inſtruant ad dirigendū ſuū in
tentum in illud q̄ cernit. Et tucius vide-
retur dr̄e. ſ. credis hoc eſſe coꝛpus xp̄i. ꝛ tūc
bene poſſet ferri intentio ad illud q̄ cer-
nitur. qꝛ in ſp̄ebus illis quas cernimus eſt
vere coꝛpus xp̄i tn̄ qñ quis dirigit intentio
nem ſuā ad fidem eccleſie in tantum nullū
videtur periculū. Sed remanet ad huc
dubiū. Si ſanguis eſt venerandus. in ali-
quibus reliquijs que ſunt pꝛeter euchariſti
am. Dicunt aliq̄ q̄ non. qꝛ xp̄s totū ſan
ſanguinem reaſſumpſit. tn̄ non videt incō
ueniens ſi aliqua eius poꝛtio remāſit. cum
tanto ſanguine coꝛpus gloꝛificatum nō in
digeret. ꝛ ideo venerari poteſt. Scdo du
bitatur. Si talis ſanguis eſt venerandus
ſicut in euchariſtia. Dicitur q̄ nō. qꝛ ta
lis ſanguis non eſt vnitus diuinitati ſicut
nec in triduo moꝛtis xp̄i. Unde ſicut intri-
duo nullus debuit adoꝛare calicem ſȝ latri
am eo q̄ non erat ibi deitas. Jta nec ſan-
guinem illuȝ q eſt ſeperatus a coꝛpoꝛe xp̄i.
Tñ quia ſanguis in euchariſtia eſt ibi con
iunctus. iõ calicis ſacr̄m ſicut hoſtiam ado
ramus ſm̄ latriam.
Circa ſecundam cōtemplationem q̄ eſt ſecūda ↄtēpl°
de illius ſacramēti vnitate. Eſt ad v̄tendū
q̄ vnitas illius ſacramēti nō eſt vnitas ſim
plicitatis ſed vnitas integritatis cuȝ in eo
ſm̄ pꝛemiſ a cōtineantur aliqua infinite di-
ſtantia ſibi inuicem. Jntelligendum eſt
tamen q̄ ſicut quatuoꝛ cauſe ſolēt requiri
in quolibet naturali effectu.
¶ Materialis.
¶ Efficiens.
¶ Foꝛmalis.
¶ Finalis.
¶ Jta ad integritateȝ illius ſacramēti qua
tuoꝛ cōcurrūt. Jta q̄ materia illius ſacri
eſt panis in oſtia ꝛ vinum in calice. foꝛma
autem verba conſecrationis. Efficiens eſt
ſacerdos oꝛdinatus. loquendo de efficiente
miſteriali. qꝛ pꝛincipale cōſtat eſſe deū veꝝ.
Finis autem eſt intentio debita pꝛoferen-
tis. Et qꝛ iſta quatuoꝛ ibi requirunt cū al
tero eoꝝ deficiēte ibi nihil fiat. Jdcirco di
citur in li° de regulis thome regula. ſ. i iȝ a

ꝙ adhuc ꝙ panis cõuertat in corpus xpi.
tenet ꝙ in pane ſit materia. In verbis ſor
ma. In agente miſteriali intentio. ⁊ in pu
ripali ordinatio. Et ſm iſta quatuor oc
currũt hic quatuor conſiderationes.
¶ Prima eſt de cauſa efficiente.
¶ Secunda de cauſa materiali.
¶ Tertia de cauſa formali.
¶ Quarta de cauſa finali.
¶ Quantum ad cauſam efficientem miſte
rialem de qua nũc hic loquimur nullus
habet poteſtatem illud altiſſimum sacꝫ cõ
ficiendi niſi ſacerdos ordinatus per epm.
qꝛ paulus apoſtolus cũ ordinaſſet titũ epꝫ
ex hoc dedit ſibi auctoritatem ordinãdi ſa
cerdotes vt. ibi. i. thi. Huius rei gra te reliq
mus crete. vt conſtituas preſbiteros. ꝙ fru
ſtra factum fuiſſet ſi ſine epo ſacerdos ordi
nari potuiſſet. Ex quo excluditur error val
denſium. qꝛ conſecrationem huius ſacri om
ni fideli. ⁊ vtriuſqꝫ ſexui côcedebant. Sed
circa illam cauſam efficientem ſolent fieri
quatuor queſtiones. Quarum prima ẽ
ſi ſacerdos hereticus poteſt cõficere. Et di
citur ꝙ ſic. qꝛ illud ſacramentum fit in fide
eccleſie. ⁊ nõ in fide vnius ſingularis pſone
ſm beatum Aug. vnde licet diſcredat eu
chariſtiam conficit nihilominus eam pro
pter predictam cauſam. Secũda qõ eſt
ſi ſacerdos ſciſmaticus vere conficiat. Di
citur ꝙ ſic multo magis. qꝛ ſi ex contuma
tia ad xpm non impeditur illud ſacramen
tuꝫ in ſacerdote malo nec ex cõtumatia ad
eccleſiam. Tertia queſtio eſt. ſi ſacerdos
irregularis põt conficere. Dicitur ꝙ ſic. qꝛ
irregularitas ẽ pẽa iuris hũani. Et aucto
ritas ⁊ poteſtas conficiendi eſt iuris diui
ni. ⁊ illa non poteſt iſtam auferre. ſicut nec
ius humanum poteſt auferre ius diuinũ.
Quarta queſtio eſt ſi ſacerdos degra
datus poteſt conficere. Et dicitur ꝙ non de
iure licet tamen de facto. Oppoſitum vi
detur. qꝛ character ſacerdotalis in quo cõ
ſiſtit poteſtas conficiendi eſt in delebilis
alioquin ſi deleatur per degradationem ⁊
talis ſacerdos abſolueretur a pena degra
dationis poſſet iterum ordinari: cum tamẽ
non ſit iterabile ordinis ſacramentũ ⁊ tũc
verba degradationis de ablatione poteſta
tis eſſent referenda ad poteſtatem ordina
tam. ⁊ non ad poteſtatem abſolutã. Un
de ſi dominus papa preciperet vni degra
dato ꝙ celebraret ſine vlteriori ordie pura
retur ꝙ conficeret. quia ſacramentum ordi
nis eſt a deo inſtitutum ⁊ pena degradati
onis ab humano iure. Sꝫ remanet du
biũ. Si ſacerdos malus celebrans eſt au
diendus. Dicendum eſt ꝙ ſi conſtaret
ipſum eſſe in peccato mortali ꝙ non. qꝛ ce
lebrando peccat mortaliter. ⁊ ideo non eſt
ei conſentiẽduꝫ in tali actu. Sed quia con
tritio cordis interior eſt oculta ⁊ repenti
na ideo pp peccata manifeſta nõ eſt cauen
dum niſi de ſcandalo dubitetur.
Secuuda dubitatio eſt. Si ſacerdos ex
cõmunicatus eſt audiendus. Dicitur ꝙ
non. quia contritio oculta penam iuris ex
trinſecam inflictam non poteſt euacuare.
Corpus enim xpi ſic eſt venerãdum in ma
nu ſua ſicut in manu alterius. quia ita ve
rum corpus chriſti conficitur a malo ſicut
a bono miniſtro. Quantum ad cauſam
materialem illius ſacramenti.
¶ Primo videdũ ẽ de materia in hoſtia:
¶ Secundo de materia in calice.
¶ Circa primum eſt ſciendum ꝙ materia
illius ſacramenti eſt panis triticeus. Un
de ſi cõficeretur in pane ordei ſiue ſpelte ni
hil fieret. quia vnius ſacramẽti vna eſt ma
teria in ſpecie. Sed nullus poteſt baptiza
re in vino vel aceto. Iſti autem panes dif
ferunt in ſpecie ſicut ſemina ex quibus fiũt.
Unde materiam illius ſacramenti. zacha.
ix. c. i. Nobis pulcherrime indicat cum di
cit loquens de eccleſia illo ſacramento ve
nuſtata. Quid bonũ eius. ⁊ quid pulchrũ
niſi frumentum electorum. ⁊ vinum ger
minans virgines. Sicut circa illaꝫ mate
riam accipiuntur quatuor documenta.
Quorum primum eſt ꝙ chriſtus con
ſecrauit illud ſacramentum conſtituens in
azimis. vt declaratur. Primo auctoritate
veteris teſtamenti. quia ſcribitur exodi. xii.
ꝙ deus precepit comedi paſca cum azimis.
Et chriſtus comedens paſcha in cena in
azimis inſtituit illud ſacramentum. Et



confirmat. quia teꝫ Leui. xxiij. c. ꝙ. xiiij.
die menſis pmi quo. ſ. chriſtus cenauit ad
veſperam paſcha domini eſt. Et ſic paſcha
comeſtum tunc cuꝫ azimis comedebatur.
Tum quia Math. xiiij. Habetur ibidem.
Dicunt tamen greci ꝙ in vtroqꝫ textu ha
betur ꝙ in craſtinũ. ſ. xv. die incipiebat ſo
lẽnitas azimorum. ⁊ ideo cuꝫ chriſtus xiiijª.
die confecerit nõ ꝯfecit niſi infermentato.
Iſtud tamen dato ꝙ fuerit faciliter ex
cluditur. quia chriſtus propter iminentem
paſſiõem preocupauit comedere paſcha ꝙ
xvª. die comedebatur ⁊ tunc obſeruauit ri
tum legalem. Sed auctoritate noui te
ſtamenti illa veritas magis roboratur.
Tum qꝛ Math. xv. Dicitur ꝙ prima die
azimorum parauerunt diſcipuli paſcha.
Tum quia Luc xx. Dicitur ꝙ venit di
es azimorum quod dicitur paſcha. quan
do deſcribitur tẽpus cene ⁊ ſic videtur chri
ſtum feciſſe pro quo tempore prohibitum
erat eſſe fermentum in lege. Dicunt ta
men greci ꝙ beatus Marchus eſt ad op
poſitum qui dicit ꝙ erat paſcha ⁊ azimũ
poſt biduum ⁊ addunt quod in hoc alios
euangeliſtas corexit. Iſtud tamen non
eſt ad propoſitum. qꝛ ꝙ dicit beatus Mar
chus poſt biduum tunc chriſtus erat in
mētū ſine re ſacramēti. vt cū quis accedit ſi
cte. hic aūt res ſacramēti ē cū ſacramto ꝙ̄
tūcūq; quis fictus cōficiat q2 vere corpus
xp̄i ē ibi vt patuit. vnde illud ē verius q2
ſēp efficit qd̄ figurat. Quartū priuilegi
um ē De illꝰ ſacramti cauſalitate. q2 cete
ra ſacramta hāt cauſalitatē reſpectu vnius
grē inherētis. illud reſpectu duplicis gratie
ſilꝫ iherētis ⁊ ſubſiſtētis q2 ita cōfert. ymo
perfectiꝰ ꝙ̄ cetera ſacramta grāz. ⁊ iterum
ibi efficit cōuerſionē in verū corpus xp̄i ⁊
ideo p ſingularia priuilegia excedit omnia
alia ſacramēta. Et ideo di. beat. dyo. 3. de
eccl. yerarchia ꝙ euchariſtia ē perfectio p
fectiōuz ſpiritualiū ⁊ non ē vltra ipāz lau
dādum aliquod ſacramētū. De tertia
particula. Que ſūt illiꝰ ſacramēti bñfitia.
Et eſt ſciēdū ꝙ ſūt 4. Quorū primū ē.
Gratiarū augmētatio q2 cū requirat ho
minē in grā exiſtētē. grāz primā nō donat
ſed ipāz datā augmētat. Et ideo dicit eu
chariſtia. i. bona grā q2 perficit grāz collatā
ſicut di. dyo. in ca. p̄allegato Secūdū ē.
Uite cōſeruatio ſic eni alimētū corporis ha
bet vitā corporis cōſeruare. ita illud ſacra
mētū cū ſit cibus anime habet grāz cōſer
uare que ē vita ipſius anime. ⁊ ideo datū ē
ſub ſimilitudine cibi ⁊ potꝰ vñ io. vi. Niſi
manducaueritis carnez filij hois ⁊ biberi
tis eiꝰ ſanguinē nō habebitꝫ vitā in vobis
Et iterū q mādúcat me viuit ꝓpter me ⁊c.

Tertiū ē peccatorū remiſſio. q2 hēt oīa
peccata venilla delere. ſic agrauare morta
lia qñ iuenit ea vt notatur in quarto ſētētı
arū. Et ideo ſaluator iſtituēs illō ſacramē
tū poſt formā cōſecratiōis adiūxit. In re
miſſiōem peccatorū. Quartū bñfitū ē
p̄miorū ꝓmiſſio q2 ſaluator noſter Io. vj.
ca°. certitudinaliter ꝓmiſit quattuor pre
mia digne ſummentibus ipſum.

El primum fuit. reſurrectio certa. Eꝰ
in qd. Reſuſcitabo eū in nouiſſimo die ⁊c.

Secundum eſt in mortalitas ſempiter
na. Hic in quid panis ſi quis ex eo mādú
cauerit non morietur in eternū ⁊c.

Tertium eſt ſocietas preclara. vnde ait
Qui manducat carnem meam ⁊c. ⁊ ſequi
tur in me manet ⁊c.

Quartum eſt ſacietas perfecta. vnde ac
cedentibus digne ad ipſum dicit idez. Qui
venit ad me non eſuriet neq; ſitiet vnquā.
Cuius ſacietatis nos participes faciat xp̄s
ieſus dei filius. Amen.

## ¶ Tractatus de ſeptem donis ſpūs ſancti.

In principio creauit deus celū
⁊ terram. ⁊c. gñ. p°. ca. Nota
ꝙ ſicut deus maiorem munduz
creauit per opera ſeptem dierū
Sic etiam minorem mundum. i. hoīez per
vij. dies operatus eſt filius dei. vt per ſpūꝫ

ſanctum ſoluantur ſeptem opera diaboli.
Et ideo prima die fecit lucem deus.i.q̄
dam nebulam lucidam.gñ.i. Fiat lux.⁊
hoc eſt primum opus qd̄ ſpūs ſanctus p⁹
facit in anima. Ante ſi quidem aduentum
ſpūs ſancti in animam ſunt nebule ſup fa
ciem abiſſi.i.cordis humani. Unde de pec
catoribus dicitur.ſapie.vij. Una cathena
tenebrarum omnes erant colligati. Pec
catores enim de peccatis faciunt vnam ca
thenam. vt.ſ.de peccato cogitationis i pec
catum conſenſus. ⁊ de conſenſu in lo
cutionem.⁊ de locutione in operationē.⁊
de operatiōe in conſuetudinē.⁊ tandem i cō
temptum ⁊ deſperationem. Sed per ad
uentū ſpiritus ſancti cathena illa tenebra
rū diſſoluit ⁊ noua lux introducit.iudi.3.
Irruit ſpiritus ſctūs in ſanſonem. ⁊ ſicut
ſolent arbores ad ignem conſumi. Ita vin
cula qbus anima ligatur i.pctā deſtruunt
⁊ diſſipantur.per aduentum ſpiritus ſan
cti. Hoc autem facit ſpūs ſanctus p do
num timoris quod eſt fundamentum oīs
boni ſpūalis ſicut eni euerſo .ſ.fundamēto
euertitur domus. Ita niſi timor dñi tenue
rit te cito euertet domus tua. vñ eccle.v.
Qui ſine timore eſt ⁊c. Timor enim facit
q̄dam illuminationē.lȝ nō plenam in aīa
Sic enim lima purgat ferruȝ.⁊ ſplendidū
reddit ⁊ mola cutellum.ſic timor purgādo
aīam illuminat ipſam ad cognitionē pro
prie fragilitatis ⁊ veritatis peccati.⁊ firmi
tatis ſeu ſerenitatis iudicij .eccl.2°. Qui ti
metis dñm diligite illū.⁊ illuminabit cor
da veſtra. Sed ſicut ille qui nimis limat fer
rum vel acuit cutellū deſtruit cultellū ſic
nimius timor in anima cruciat animā.q̄r
qui nimis emulgit elicit ſanguinē. Per
hoc autem primum opus ſpūs ſci deſtrui
tur primum opus diaboli in aīa.ſ.ſupbia.
Mens enim illuminata ex cognitiōe.⁊ cō
ſideratione ꝓprie fragilitatis ⁊ vilitat' pcti
⁊ potentie diuine hūiliatur ⁊ illuminatur ſi
cut timens pcuti demittit capud.i.pe.vlt°.
humiliamur ſub potēti manu dei.iō.eccl.
p°. Timor dñi expꝫ eſt peccati.

ſecūda dies Secunda die fecit deus firmamentum:i
gñ.i. Fecit firmamētum in medio aquarꝫ

Hoc eſt ſecundū opus qd̄ facit ſpūs ſ
ctus in aīa. Nā ipa inſtabilis ē ante aduētū
ſpūs ſancti.⁊ i aduerſis ventis mouet.mō
enim aduerſitatibus deprimitur.mō pro
ſperitatibus eleuatur treñ.1.peccatū pecca
uit ieruſalem propterea inſtabilis facta ē.
Sed ſpūs ſanctus adueniens eam ſtabilit
⁊ confirmat hebre.13. Optimum eſt gratia
ſtabilire cor. Hanc confirmationē petebat
ps.5°. Spū principali confirma cor meum
deus. Et in miſſa de ſpiritu ſancto petit prin
cipaliter hanc confirmationem ſacro ſan
cta mater eccleſia.di. Confirma hoc deus
quod operatus es in nobis ⁊c. Hoc autē
ſecundum opus facit ſpūs ſctūs in aīa per
ſecundum donū.ſ.per donū pietatis.eccl.
3°. Ignē ardentē extinguit aqua.⁊ elya re
ſiſtit peccatis.⁊ deus ꝓſpector eſt.qui red
det.⁊c. Et eccl.vij. Non te pigeat viſitare
infirmum ex opibus enim pietatis in dile
ctione dei firmaberis. Sed nota q̄ non
ſolum eſt opus pietatis ad proximum. ſed
etiā ad ſe ipſum miſerere aīe tue ⁊ placens
deo.⁊ qui ſibi neq̄ eſt.cui bonus erit. In
habentibus enim cor lapideum.non ē ſen
ſus doctoris nec metus timoris ideo auſe
ram a vobis cor lapideum ⁊ dabo vobis
cor carneum.i.dulce benignum.⁊ compa
tiens.⁊ faciā vt in preceptis meis ambuletis.
que ſunt. Que tibi non vis fieri alteri ne fe
ceris. vñ ps. Flauit ſpiritus eius.ſ.ſpū ſctūs
⁊ fluent aque.ſ.compaſſiōis. Per hoc
donum ſpūs ſci in aīa diſſipat ſecundum
opus diaboli.ſ. Inuidia q̄ gaudet de alie
no malo.⁊ triſtatur de alieno bono.⁊ ideo
reducet eos deus ad iuſtum metū.ſ.ad in
fernum cor ibi cruciabitur malis.⁊ bonis
quibus noluit gaudere priuabitur.⁊ in ꝓ
periū ⁊ in contumeliā hereditabit malus.

tertia dies Tertia die produxit deus erbam viren
tem.⁊ hoc eſt tertium opus quod facit.ſ.ſ.
in anima. Ante aūt aduentus ſpūs ſancti
in anima. ipa eſt quaſi ſicut erba.vel arbor
mortua.⁊ arida ⁊ ſine humore gratie.⁊ p
ꝯñs ſine fructu.iō nō eſt apta niſi incēdio
infernali.q̄r oīs arbor que non facit fructū
excidetur ⁊ in ignem mittetur ⁊ ardet. Sed
adueniente ſpiritu ſancto viuificatꝫ reddit



ur gratia humoris. yſa.xliiij. Effundā ſpi
ritum meum ſuper ſanctum tuū.⁊ benedi
ctionem meam ſuper ſtirpē tuā.⁊ germina
bit inter erbas quaſi ſalices iuxta preterſlu
entes aquas ⁊ ſic aīa ſit arbor fructifera cu
ius folia ſunt bona vba fructus bona ope
ra odor vero bona fama. Talis arbor erat
illa anima que dicebat. Ego ſicut oliua fru
ctificaui in domo dñi. Oliua eni in ſe pin
guis eſt ⁊ in alijs medicinalis Sic anima
debꝫ habere in ſe pinguedinem deuotionis.
⁊ alios ſubſtentare ⁊ ſanare verbis ⁊ exem
plis conſolatorijs. vt ſint folia medicina
lia ⁊ fructus eius in cibum.ecel.xlvij.ca°.
Per hoc autem tertium donum ſpiri
tus ſancti ſoluit tertiū opus diaboli. Hoc
autem tertium opus facit ſpūs ſanctus in
aīa ſ. Donum ſcie.que docet hoīem gſo⁹
conuerſari in medio nationis praue ⁊ ſe a
mabilem exhibere.⁊ irreprehenſibilem oī
bus qd̄ ſpecialiter fit p māſuetudinē ⁊ pa
cientiam.vnde ad galat.5°. Fructus autem
charitatis eſt gaudium. pax. patia.lōganī
mitas.⁊ bonitas. Per hoc autem ter
tium donū ſpūs ſci.ſoluitur tertium opus
diaboli in aīa.ſ. Ira que hoīem impedit
ne alijs fructificet per exemplū conuerſatio
nem eius odibilem redendo ꝓuer.xviij°.
Spūꝫ ad naſcendū facile quis poterit ſub
ſanare.eccl.xlviij Nam ardorem iracūdie
refrigerat ros.ſ.gratie.galat.vj. Uos qui
ſpirituales eſtis ⁊cete.

quarta dies Quarta die fecit deus luminaria. So
lem lunam ⁊ ſtellas.que quotidie curſuꝫ
ſuum perficiūt. Et p hoc itelligit continui
tas perſeuerantie in bono. Ante enim ad
uentum ſpūs ſancti licet homo bonū ꝓpo
ſitum concipiat.⁊ aliqua de genere bonoꝝ
faciat ſtatim deficit.⁊ infirmat manus poſt
ictum.⁊ admodū tēptationis i pulſu.red
dit ſe victū. Sed adueniente ſpū ſcō fortifi
cat ⁊ roborat.⁊ que prius erāt importabi
lia tūc videnf leuia.exemplū eſt de btō pe
tro q.ante receptionē ſpūs ſci aduerbum
ancille dū mori timuit vitā negauit ſed po
ſtea virtute diuina exalto ꝓ xpo mori leue
reputauit. Nec p aliquā tēptationē a bono
ꝓpoſito auerti potuit. Iō dī de aīa ſancta

Iere.2°. In deſiderio ſuo attraxit ventū.ſ.
ſpūs ſci donū qd̄ ē amor.nullus auertet eā.
ſ.nulla tēptatio. De iſtis viris ſpūalib⁹
dī iudith.vij. Stelle manētes in ordine ⁊
curſu ſuo aduerſus ſyſaram pugnauerūt.ſ.
aduerſus diabolum. Milites ſic ordinati
horribiliores ſunt demonibus. vt caſtroꝝ
acies ordinata. Ita iudith.xiiij. Irruit ſpūs
in ſanſonē.⁊ lacerauit leonē.i. diabolū q
edū infruſtra deſerperat ⁊c. Hoc autē
opus facit in in aīa ſpūs ſctūs.⁊ eius donū
.ſ.fortitudinis q enī ſperāt i dño imitabūt
fortitudinē.ſ.carnalē in ſpūalē.⁊ ꝯcurrent
⁊ laborabūt.⁊ nō deficiēt. Sȝ de fortib⁹ in
ſeruicio diaboli dic Iere.fact⁹ ē decurſus
eius malus.⁊ fortitudo eoꝝ difficilis q.ſ.
ſunt debiles i ſeruitio dei.eccl.v. Ne ſeq̄
ris in fortitudine cōcupias cordis tui.
Per hoc donū quartū ſpūs ſci deſtrui
tur i aīa q̄rtū op⁹ dia'.ſ.accidia q̄ eneruat
vires hoīs ⁊ facit laborem in preceptum.

quinta dies Quinta die.fecit deus piſces ⁊ aues.p
aues q̄ mediātibus alis volāt itelligūt cō
tēplatiui.q deſiderio eternoꝝ ⁊ ꝯtēptu mū
danoꝝ a terra ſe eleuāt. Per piſces q me
diātibus penulis in aq̄ natāt ⁊ nō ſubmer
gūtur boni diuites q ſūt in aq̄ tpalis aflu
entie.⁊ tñ i ea nō ſubmergunt p nimium
amorē de qb⁹ dic ps. Diuitie ſi afluāt no
lite cor appōnere lȝ.n.ſe nō ſepent corpe ſe
panf tñ mēte. Nō enī oēs piſces ſūt i mū
di nec oēs diuites reprobandi. Illi.n.q ad
modū piſciū natāt p opa mie ſūt mūdi .ſȝ
illi q ſic anguille ſe abſcōdunt i luto ſūt in
mūdi de qb⁹ dī thi.vj. Qui volūt diuites
fieri icidūt i laqueū.⁊ tēptationē dia' ⁊ in
deſideria praua mergunt. Hoc ē.v.op⁹
qd̄ facit ſpūs ſctūs in aīa. Añ aduētū ſpūs
ſci cor ad terrena de ꝓmebat pp nimiū a
morē.vñ de pctōribus dic.ps.oculos ſuos
ſtatuerūt declinare in terrā.q̄r vbi.ſ.amor.
ibi oculus Sȝ aduenīēte ſpū ſcō cor de ter
renis ad celeſtia eleuat ezechielis p°. Cū ele
uaretur cherubin.ſ. de terrenis eleuabant
pariter ⁊ rote.i. Uiri perfecti volubiles ad
modum rotarum. exparuitudine obiecte.
Spiritus enim vite erat in rotis ⁊ce.

Hoc autem opus facit ſpūs in nobis
per ſpiritus ſancti donuꝫ.ſ. cōſilij ꝯſiliū ē
eſt. vade ⁊ vende oīa que habes ⁊ da pau-
peribus ⁊c. Per hoc aūt donuꝫ ſpiritus
ſancti in anima deſtruitur. vᵐ opus diabo
li.ſ. Auaritia que eſt ydolorum ſeruitus.
vbi eſt ſpūs dñi ibi libertas ad cor.3.caᵒ.
Sexta autem die deus fecit hoīem ad
Sexta die ymaginem ⁊ ſimilitudinem ſuā.gñ.i. ⁊a
clamus ⁊c. Nunc eniꝫ hō ſine anima in ſe
ymaginem ⁊ ſimilitudinem dei gerit ⁊ ex
ꝑſumit.qñ ad eternoꝝ cōtemplationē ſe cō
uertit. Hoc autē eſt. viᵐ. opus quod fac
ſpiritus ſanctus in aīa.elleuat aūt ipſam
ad cōtemplandum eterna ⁊ hoc per donū
ſpūs ſancti.ſ.intellectus. Eſt enim intelle-
ctus donum interius.⁊ ſuperius. i.cor.2ᵒ.
Quod oculus nō vidit ⁊c. Vſqꝫ ibi.di.ſe.
Sequitur aūt nobis reuelauit ꝑſpūꝫ ſcūꝫ.
Spiritus enim oīa ſcrutatur i.facit ſcruta
ri profunda. vt dicit.2.cor.3. Nos reuelata
facie gloriam dñi ſpeculantes in eādē yma
ginē transformamur a claritate in clarita-
tem tanꝙ a ſpū dñi ⁊c. Per hoc opus
viᵐ deſtruitur ſextum opus dyaboli in aīa
noſtra.ſ.luxuria que maxime i hoīe yma-
ginem dei deprauat. Hoc enim peccatum
aſſimilat hoīem brutis. que ſunt ſine intel
lectu. vt dicitur in ps. Hō cum in honore
eſſet. ⁊c. Contra tales dicitur in ps. Noli
te fieri ſicut equus ⁊ mulus ⁊c. Spiritus
enim ſcūs nō cōpatitur ſecū hoc peccatuꝫ
ymo ipſum deſtruit ⁊ diſſoluit.gñ.10. Nō
permanebit ſpūs meus in hoīe in eternū
q꞉ caro eſt.i.carnaliter viuit maxime i pcō
carnis in quo hō totus efficitur caro.iob.
xxxiiii. Si direxerit ad doᵐ cor ſuum ꝑ ſer
uorem deſiderij ſpm̄ illius ⁊ flatum illius
ad ſe trahet oīs carnalitas ſimul ⁊ hō i ci
nereꝫ reuertetur. Ex propria fragilitatis ⁊
carnalitatis ꝯſideratione vt humilianᵒ ſe.
Septima die requieuit deus ab omni ope
Septima die re q̄d fecerat. hec enim cōſumatio poſt la-
borem preteritoꝝ eſt ſeptimū qđ facit ſpūs
ſanctus in aīa.q꞉ poſt laborem actiōis va
cat ad cōtēplationē quietis.apoc.13. a mō
dicit ſpūs vt requieſcāt a laboribus ſuis.
Hec aūt requies hētur ꝑ donū ſapie in
quo iā ꝓguſtatur certa eterne beatitudinis
vbi erit requies. yſa.32. Huiuſmodi autē
dulcedineꝫ facit ſentire ſpiritus ſcūs.ſapie.
12. O ꝙ bonus ⁊ ſuauis eſt ſpūs tuus dñe
in nobis.⁊ eccl.xxiiii. Spūs meus ſup mel
dulcis.⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauū hu
ius aūt hereditatis pignus eſt ſpūs ſanctᵘ
hebre.pᵒ. Signati eſtis ſpū qđ pignus qui
habet in maiori quiete.expectat ꝓmiſſionē
q̄ eſt eterne hereditatis lꝫ ꝑfecte nō quieſ-
cat ⁊c. Per hoc aūt donum deſtruitur
ſeptimum opus diaboli.ſ. Gula.q꞉ guſta
to ſpū ſancto omnis caro ⁊ ſapores mun-
di inſipidi fiunt.q aūt hunc ſaporē bibit ⁊
dulcedinem eius ſapit. de nihilo curat quo
uſqꝫ pocto pleno bibat in regno dei. Sic
ergo apparet quomō ſpūs ſanctus mittit
ad curandum. Et quō.vii. donis.i.ſeptem
diebus creat oīa que ſunt neceſſaria homi
ni. Et quō per illa.vij. dona.vii. opa dia
boli in anima diſſipantur. Spiritus.n. ſan
ctus adueniens in aīa creationem operat
q꞉ facit de nihilo aliquid. hō enim peccan-
do fit nihil. q꞉ a vero ente ad terram ſe ver
tit ſiue ad terrena que de ſe non ſunt Iere.
iiij. Aſpexi terrā ⁊ ecce vacua erat ⁊ nihil.
⁊ ps Ad nihilum redactus eſt malignus i
cōſpectu eius.lꝫ in aſpectu hominis aliqđ
videatur. ⁊ iō dicit. Ecce factus es ⁊ non
eris in perpetuum 2ª ad.cor.13. Si charita-
tē nō habuero nihil ſum.ſic igitur apparet
modus per queꝫ mittitur ſpiritus ſanctus
ad creandum quem nobis concedat qui
viuit ⁊c. Amen.

## Tractatus de vltimo iuditio.

De vltimo dei iuditio mihi con-
ſideranti occurrūt ꝑ ordineꝫ duo
deciꝫ i q̄rēda vꝫ.ſex ex ꝑte iudicis
Et ſex ex ꝑte iudicādorum. Ex
parte iudicis querendum eſt.ſ.

¶ Primo quis erit iudex.
¶ Secundo quando iudicabit.
¶ Tertio vbi iudicabit.
¶ Quarto que erit eius familia.
¶ Quinto qui erunt teſtes ſnie.
¶ Sexto qui ſunt iudicandi.



¶ Septimo de quibus ſunt iudicandi.
¶ Octauo qui erunt accuſantes.
¶ Nono qui erūt teſtes delicti.
¶ Decimo ſi erunt ibi aduocati.
¶ Vndecimo que erit accuſatio.
¶ Duodecimo que erit ſnia.

¶ Quantum ad primum eſt dđ qđ iudex
vltimi iudicij erit xp̄s ieſus.ſ.ſcđa ꝑſona in
trinitate. Et obmiſſis multis rōnibus hoc
ꝓbantibᵘ in no. teſta. ponā duas rōes. aug.
de ci.dei. vltio fundatas ſupra vetus teſta
mentū. Quaꝝ prima rō eſt. ⁊ fundat ſu
ꝑ illud yſa.xlviij. Ego ſuꝫ primus ⁊ nouiſ
ſimus ⁊ ero in ſempiternum. manus enim
mea fundauit terrā ⁊ dextera mea firmauit
celū vocabo eos ⁊ ſtabūt ſimul. ⁊ cōgrega
bunt oēs vt audiāt ⁊c. ⁊ infra. Nunc dñs
meus miſit me. ⁊ ſpūs eius. Hoc.n. ſꝫ for
mā ſerui. d. ð re futura vtēs tpe ꝑterito ꝓ
futuro. ſed alibi ꝓpha dicit. Sicut ouis ad
occiſionē ductus eſt. Nō enim ait. Ducet
ſed ꝓ eo ꝙ futuꝝ erat ꝑteriti tpis poſuit ꝟ
bum ſicut alibi facit ſepe. Scđa rō fun-
datur ſup dictum zacharie ꝓphe. ⁊ hoc pro
bat.ſ. valde euidēter di. O ipotētē miſit oī
potens.i. dñs pr miſit filiū. ⁊ plures alias
rōnes fecit Aug. hoc ꝓbantes.ſ. q xp̄s ie-
ſus deꝫ viuos ⁊ mortuos iudicare. Hoc
habito occurrunt tria conſiderare.

¶ Et primo ſi xp̄s veniet glorioſus an nō.
¶ Scđo ſi veniet cum ſignis paſſiōis eiᵘ.
¶ Tertio ſi veniet benignus vel ſeuerus.

¶ Quantum ad primū eſt notandū ꝙ ſicut
dr Math.xvj. filius hoīs venturus ē cuꝫ
glia patris ſui. cū angelis ſuis. ⁊ tunc red-
det vnicuiqꝫ ſꝫ opa ſua. Vidi dicit Hiero
nymus ꝓuocatis aūt diſcipulis. vt ab ne-
garent ſe. ⁊ tollerent cruceꝫ ſuam. Gran-
dis fit terror audientiū. Idcirco triſtibᵘ le-
ta ſuccedūt. Et dicit filius hoīs vēturus ē
in gloria pr̄is ſui cum angelis ſuis. Si ti-
mes mortem audi gloriam. triumphantis.
⁊ vere crucis audi ⁊ conſidera angelorum
miſteria q.d. nunc filius hoīs venit. ſed nō
in gloria Non eniꝫ decebat eū in glia cō
ſtitutum peccata nr̄a portare ⁊ ignominiā
crucis tunc autem veniet glorioſus ⁊ diſci
pulos ſuos faciet vt ſint conformes glo-
rie ſue. Item Criſo. Non enim dixit
in tali gloria in qua eſt pater ne alterita-
te glorie ſuſpicemus. ſed ait. in gloria pr̄is
vt eadem gloria oſtendatur. Si aūt gloria
vna eſt manifeſtum eſt ꝙ ſubſtantia vna ē
Quid eſt ergo timens petre mortē audiēs
q꞉ tunc me videbitis in gloria ⁊c. ⁊ vos.
Sed contra illaꝫ concluſionem arguitur
ſic. Ex aſpectu glorie ſurgit fruitio. ſed cuꝫ
xp̄ꝫ viſurus ſit oīs oculus iuxta illđ apoc.
videbit eum oīs oculus ⁊c. tunc ſi veniet i
gloria oēs fruent. ⁊ ꝑ ꝯñs non timebit. pꝫ
per illud ꝙ ſubdit ibidem. ⁊ qui eum pu-
pugerunt plangent ⁊c. Reſpōdeo ⁊ dᵒ ꝙ
dānati non fruētur illa glia ſed magis do
lebunt de ea iuxta glō. ſuper eodē ꝟbo. di.
ꝙ non tam dolebit de ipſo tormento ꝙ q꞉
repellentur a tali conſortio. vel forte ita ter
rebuntur. vt nō videant dictam gloriā ꝙ
non credo. Quantum ad ſecundū. In
qua forma apparebit xp̄s vꝫ ſi cum ſignis ſecūdo
paſſiōis an nō. Dico q apparebit ſim-
pliciter vt deus. ergo non portabit ſigna
ſeruitutis cuiuſmodi ſunt ſigna paſſiōis eū
in eis xp̄s aſſumpſerit formā ſerui. ⁊ ſūme
ſe humiliauerit iuxta illud apl̄i ad philip.
2. humiliauit ſemetipſum ⁊c. Reſpōdeo
⁊ dico ꝙ illa ſigna non pretendūt ſeruitutē
ſed gliam ⁊ triumphum. vnde. Cri. ſuper
Math. dicit ꝙ crux illa. ⁊ cicatrices ille
erunt ſolis radijs lucidiores. ⁊ idem ait.
Conſidera q̄ta ſit virtus crucis. ſol obſcu
rabitur. ⁊ luna non dabit lumen ſuum. vt
diſcas ꝙ luna tunc erit lucidior. ⁊ ſole cla
rior. Et ratio reddit. q꞉ vbi ſunt ſigna cau
ſe magis apparet effectus. ſed cicatrices ſūt
ſigna paſſionis. que eſt cauſa exaltationis
⁊ dānationis xp̄i iuxta ꝙ infert oppoſituꝫ
auctoritas allegata dicens pp ꝙ ⁊ deus
exaltauit illum. Item ad habre. Exaudi-
tus eſt pro ſua reuerentia. Quantuꝫ ad
tertium vtrum xp̄s veniat ad iudicium ſe-
uerus vel benignus. Dico ꝙ bonis ap tertio
parebit benignus. ⁊ malis ſeuerus. vnde
Math.xv. dicet bonis venite benedicti pa
tris mei ⁊c Malis vero dicet. Ite maledi
cti ⁊c. Sed quō vtriqꝫ. cum benignitas
non ſeperetur a iudicē. Dicēdū q mali

magis ſcient eam contra ſe ꝙ pro ſe cum
ſumme dolebunt de tanto bono quo ſen-
tient ſe eſſe perpetuo priuatos.

2ᵘˢ pꝛi pꝛincipalis Quantum ad ſcðm pꝛincipale. quãdo
.ſ. veniet xp̃s ad iudicium. Dicendũ eſt
adhuc volendo tute reſpõdere. cum Aug.
20. de ci. dei ꝙ ſi neceſſarium eſſet hoc ſcire
dominus diſcipulis non dixiſſet. Non eſt
veſtrum noſce tempoꝛa vel momenta. que
pater poſuit in ſua poteſtate. Sed volẽ
do per aliquas coniecturas circumloqui.
de hoc iudicio occurrunt tria conſiderãda.
Et pꝛimo qua hoꝛa dominus ad iudi^m.
veniet.
Secundo quo die ꝛ quo menſe veniet.
Tertio quo anno ꝛc.
Quãtũ ad pꝛimũ dico ꝙ media nocte ve
niet. iuxta illud Math. Media nocte cla-
moꝛ factus eſt ecce ſpõſus venit. Ubi dicit
Jeronymus. Traditio iudeoꝛum eſt xp̃m
media nocte venturum in ſimilitudine egi
ptij tempoꝛis quando paſcha celebꝛatum
eſt. ꝛ exterminatoꝛ venit. ꝛ dominus ſuper
tabernacula trãſiit ſanguine poſtes noſtra
rum frõtium conſecrate ſunt. vnde reoꝛ ꝛ
traditionem apoſtolicam permãſiſſe. vt die
vigiliarũ paſche añ noctis mediũ dimĩ po
pulum dimittere non liceat expectãtes chri-
ſti aduentum ſecuritate pꝛeſumpta poſtq̃
illud tempus feſti cuncti agant diez. vnde
p̃s. Media nocte ſurgebam ad confitendũ
tibi. vbi glõ. dies domini .i. aduentus do-
mini. qui dicitur dies nõ pꝛo tempoꝛe diei
ſed qꝛ tunc oĩa erunt aperta. vt patet exte
ſu qꝛ implicaret apoſtolus dicens ꝙ dies
veniret de nocte. ꝛc.

ſecũda cõſide. Quantum ad ſecundum .ſ. quo die veni
et. Dicendum ꝙ veniet. xxiiij. die mar-
cij. Et hec pꝛobaẽ tripliciter.
Et pꝛimo. qꝛ ſicut iudei arguunt horaz
ex celebꝛatione paſche. ꝛ tranſitu ſup taber
nacula in egypto. ita ego arguo diẽ cuz ta
le paſcha. ꝛ talis tranſitus fuerit illa dies.
ſ. 24ª. die marcij. Secũdo. qꝛ tali die iu
dicatus fuit xp̃s iniuſte ſecundum Augu.
20. de ciuita. dei. ergo eadem die videtur cõ
ueniens ꝙ veniat. iudicaturus mundũ iu
ſte. ꝛ cetera.
Tertio. quia figura. ꝛ motus circu-
laris ꝛ operatio ſecundum geometricos ẽ
perfectiſſima. qꝛ finit. vbi incipit. Sed dei
operatio quecunqꝫ eſt perfectiſſima. qꝛ dei
perfecta ſunt opera. ergo eſt circularis ꝛ ſi
niens vbi incipit ſi finiri debeat. Sed mũ
dus incepit tali die .ſ. xxiiij. marcij ergo ibi
debet finire. Et ſic ex hoc patet eti-
am de menſe .ſ. ꝙ tali menſe mundus fine
re debet. ꝛ xp̃s ad iudicandũ venire. ꝛcte.
Quantum ad tertiuz .ſ. quo anno. Di tertia cõſiderã
co ꝙ ſi non tranſiſſiſſet ſextus milenarius an
noꝛum a mundi creatione foꝛte haberẽ opi
nionem cum Aug. 20. de ciuitate dei. vij.
capi. Ubi videtur opinari ꝙ debet venire
antixp̃s octauo milenario. Unde verba
Augu. ſunt hec. pertractans illud Apoc.
20. Uidi angelum deſcendentez de celo ha
bentem clauem ab iſſi. ꝛ chatenam in ma-
nu ſua. ꝛ tenuit draconem illum ſerpentez
antiquum qui cognominatus eſt dyabo-
lus ꝛ ſathanas ꝛ alligauit illum mille an
nis. ꝛ miſſit illum in abiſſum ꝛ clauſit ꝛ ſi
gnauit ſuper eum vt non ſeduceret gentes
donec conſumentur mile anni. Ubi dicit
Aug. hic enim poteſtatem habet seducen-
di. ꝛ poſſidendi qui fuerant liberati cohi-
buit atqꝫ frenauit ꝛc. Mile anni. vt mihi
occurrit duobus modis põt intelligi. Aut
qꝛ in vultimis annis mile illa res agetur.
ꝛ in ſexto milenario annoꝝ tanq̃ ſexto die
cuius nunc ſpacia poſteriora voluuntur ſe
cuturo. Deinde ſabbatũ. ꝙ non habet ve-
ſperam requie .ſ. ſanctoꝛum que nõ hꝫ finẽ
vt huiuſmodi milenarii tanq̃ diez nouiſſi
mã partem. que remanebit vſqꝫ ad termi-
num ſeculi mile .ſ. annos appellauerit. eo
modo quo ps ſignatur a toº. Aut certe mi
le anni pꝛo annis omnib⁹ huius ſeculi po
ſuit. vt perfecto numero vocaretur tempo
ris plenitudo.
Quantum ad tertium pꝛincipale. vbi 3ª pars pꝛincip.
iudicabitur tria breuiter ſunt iudicanda .ſ.
Pꝛimo vbi ſtabit iudex.
Secundo vbi ſtabunt mali iudicandi.
Tertio vbi ſtabunt boni acceptandi.



Quantum ad pꝛimum eſt dõz ꝙ chri-
ſtus iudex ſtabit in aere ſupꝛa montem oli
ueti. Quia ibi a diſcipulis viſus eſt quam
do aſcendit. ſed ſic debet venire ſicut aſcen-
dit. iuxta illud act. pꝛimo. Uiri galilei qd
ſtatis ꝛcc. Uſqꝫ ibi. Sic veniet. Quod au
tem ieſus aſcenderit de monte oliueti pa-
tet eodem caº. cum dicit. Tũc reuerſi ſunt
yeroſolimam a monte qui vocatur oliue-
ti. Hoc etiam confirmat gloſa rabani.
Cum dicit de monte .i. oliuarum aſcen-
dit chriſtus. vbi chriſti moꝛte ſathanas eſt
confuſus. Iſtam concluſionem aſſerit
glõ ſuper illo verbo Joelis. tertio. Con-
gregabo omnes gentes. ꝛ deducam eas in
valle Joſaphath. vbi glõ. Hic quidam
intelligunt ꝙ in vale que eſt in latere mõ-
tis oliueti. deſcenſſurus eſt dominus ad
iudicium. ꝙ friuolum eſt. Nõ in terra. ſed
in ſpacio huius aeris ſedebit. contra mon-
tem oliueti de quo aſcendit.

ſecũdo Quantum ad ſecundum. Ubi ſtabunt
mali iudicandi. Dicenduz quod in va
le Joſaphath Joelis tertio. Congregabo
in quid omnes gentes. ꝛ educaz eos in va
le Joſaphath ꝛ diſceptabo cum illis.
Sed hoc non intelligitur de bonis quia
erunt in aere vt patebit ergo hoc intelligi-
tur de malis. Item magiſter hiſtoria-
rum vt. recitat. Hieronymus dicit. In
vale Joſaphath iudicabitur omnis ho-
mo iudicantibus angelis illos. Sed
contra non videtur ꝙ in tam parua vale
poſſit ſtare tanta multitudo. Sed re-
ſpondeo ꝙ ille qui poteſt hominez de pul
uere ſuſcitare poteſt multos in vna valli-
cula collocare. vel aliter. Sicut dicit Hie
ronymus poterunt ſtare in locis circumſtã
tibus vt iudicem uideãt illi quoꝛum val-
lis non eſt capax.

tertio Quantum ad tertiuz. vbi ſtabũt boni.
Dicitur ꝙ ſtabunt in aere. ꝛ obuiam chri
ſto. iuxta illud apl̃i pª. theſalo. 4. Moꝛtui
qui in chriſto ſunt reſurgent pꝛimi deinde
nos qui viuimus qui relinquimur ſimul ra
piemur. cum illis in nubibus obuiaz chri
ſto in aera ꝛcte. Quem paſſum pertra-
ctans Auguſtinus in libº. de ciuitate dei
libº. 20. capitu. 20. Dicit ſic .ſ. Queri ſolet.
verum illi quos viuentes in venturus eſt
dominus ieſus chriſtus quoꝛum perſonas
atqꝫ illos qui tunc ſecum viuebunt tranſfi
gurabit amp̃. nunquam moꝛituri ſint aũ ip
ſo tempoꝛis puncto quo cum reſurgenti-
bus rapientibus nubibus obuiam chriſto
in aera. ad in moꝛtalitatem per moꝛtem
mira celeritate tranſibunt. Neqꝫ eniz dicẽ
dũ ẽ fieri non poſſe. vt duz per aera in ſub
lime poꝛtantur in illo ſpacio commoꝛian-
tur ꝛ reuiuiſcant. Item glõ ſuper eo-
dem paſſu. dicit. deinde nos qui viuimus.
qui relinquimur .i. illi de nobis qui viui
erimus. ꝛ reſidui cuz chriſto rapiemur ab
angelis ſimul cum illis. qui nos pꝛeceſſerũt
ad requiem in nubibus. quia nubes ſuſci-
pient eos vt chriſtum in aſcenſione nubeſ
ſuſcepit Ideo glõ ſuper illo verbo Joe-
lis tertio. Congregabo omnes gentes
ꝛcte. Dicit in valle Joſaphath .ſ. ad iu-
dicium domini. ad ꝙ congregabuntur non
ſolum iudei. qui credere noluerunt. ſed eti
am omnes impii. qui ab inicio mundi fue
runt iſti autem non aſcendẽt in valle iudi
cis .i. dãnationis. ſed eleuabuntur in nubi-
bus obuiam chriſto ꝛcc.
Quantum ad quartum pꝛincipale ſcilꝫ
Que erit familia iudicis iudicantis.
Dicendum eſt ꝙ ſicut habent domini quartũ pꝛincip.
temporales tripliceem familiam. ſic ipſe ha
bebit ſcilicet.
Pꝛimo minoꝛem ad ſententiam pꝛe-
parantem.
Secundo maioꝛem in ſententia aſſi-
ſtentem.
Tertio minimam ſantentiam exequen
tem.
Pꝛimo dico ꝙ chriſtus iuſtus iudex
in iudicio vltimo habebit familiam mino
rem ſicut angelos de quibus dicitur dan.
ſeptimo. Millia milium miniſtrabãt ei ꝛc.
Et Auguſtinus de ciuitate dei liº. 20. caº.
20. Dicit ꝙ hec congregatio per miniſteri
um angeloꝛuz fiet de quibus dicitur in p̃s.
Congregate illi ſanctos eius ꝛ cetera.

Secundo habebit familiam malorum .ſ. illos qui in ſententia aſſiſtent de quibus vbi ſupra. Et decies centena milia aſſiſtebant ei. Et Augu. de ciuitate dei. Deſcendet cum ãgelis alios euocabit de ſupernis locis ad faciendum iudicium ⁊cete.

Tertio ẽt habebit inimicos q ſententiã exequentur. ⁊ hij erunt demones qui malos ſecum ad infernum deducent. Unde Augu. lib°. 20. de ciuitate dei capi. vij. De dyabolo loquens ait. Nam ſeducere gentes nunc ⁊ ſecum trahere in eternam penã poteſt. Poſſunt etiam tales executores eẽ boni angeli. vnde Augu. ſeperabunt impios apijs per bonos angelos. quia officia vindicte poſſunt implere boni. bono animo. Sed officia miſericordie non poſſunt implere mali angeli. i. diaboli ⁊ce.

Quantum ad quintum principale .ſ. qui erunt teſtes ſententie iudicis. Di-
quintũ pncip cendum eſt quod triplex genus teſtiuz erit ibi. ſcilicet.

Primo vniuerſitas angelorum de quibus dicitur Math. xv. Cum venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſue. ⁊ omnes angeli cum eo.

Secundo vniuerſitas beatorum de quibus etiam. vbi ſupra. Cum venerit filius hominis ⁊c. Et ſequitur. Sedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim ⁊cete. Et non ſolum duodecim vt dictum eſt. ſed

Tertio vniuerſitas ſanctorum ſecundum Auguſtinum. 20. de ciuitate dei. ca°. v. Qui verbum predictum pertractãs ait. Nec quoniam ſuper duodecim ſedes ſeſſuros eſſe ait duodecim homines ſolos cũ illo vindicaturos putare debemus duodenario numero vniuerſa. quedam ſignata iudicantium multitudo propter duas partes numeri ſeptemnarij. que ſignat plerunque vniuerſitas que due partes in tres ⁊ in quatuor multiplicitate duodecim faciunt. Nam ⁊ quater ter. Et ter quatuor duodecim faciunt. Item zacha. xiiij. Ueniet dominus omneſqz ſancti cum eo ⁊cete.

Quarto vniuerſitas populorum. vnde Math. xv. vbi ſupra. Congregabũtur ãte eum omnes gentes ⁊c.

Quantum ad ſextum principale .ſ. qui 6° pñci
erunt teſtes delicti. Dico ꝙ erunt in tripli paliter
ci differentia.

Quia primus erit ſupra ſe .ſ. deus qui omnia intuetur qui ait Iere. xxix. De ſe ipſo. Ego iudex ⁊ teſtis dicit dominus.

Secundus erit intra ſe .ſ. propria conſcientia. vnde Auguſtinus. Quis quis iudicem times preſſentem conſcientiam corrige ſenſus enim teſtimonium conſcientie tue eſt. dabit enim teſtimonium de operibus noſtris bonis conſcientia. iuxta illud apoc. i. Corin. di. Nam gloria noſtra hec eſt teſtimonium conſcientie noſtre ⁊cetera.

Tertius erit iuxta ſe .ſ. angelus cuſtos. iuxta illud iob. xx°. Reuelabunt celi iniquitatem eius. Item Cri. ſuper Mathe. omel. xxv. Omnes angeli aderunt teſtantes ⁊ ipſi quantum ad miniſtrauerint miſſi a domino ad hominum ſalutem.

Quantum ad ſeptimum qui ſunt iudicandi. Dico ꝙ iudiciũ tripliciter accipit .ſ.

Primo modo pro dãnatione ⁊ illo modo accipit ſaluator. Io. v. ca. di. Amen amen dico vobis. Quia qui verbum meum audit ⁊ credit ei qui me miſit habet vitam eternam. ⁊ in iudicium non veniet ſed tranſibit de morte ad vitam. ꝙ verbum ꝑtractans Augu. in libro de ciuitate dei li°. xx. capi. v. ait. Ecce hic dicit fideles ſuos ad iudicium non venire. quomodo ergo ꝑ iudicium ſeparabuntur a malis ⁊ ad eius dexteram ſtabunt niſi qꝛ hoc loco iudicium poſuit pro dãnatione. in tale quippe iudicium non venient. quia audierunt verbũ eius. ⁊ credunt ei. qui miſit eum. illo iuditio iudicabuntur mali. vnde yſa. liiij. capi. Omnem linguam reſiſtentem tibi iuditio iudicabis. ⁊cetera.

Secundo modo pro ſententie promulgatione. ⁊ illo modo accipitur illud apoſtoli. Surgite mortui venite ad iuditiuz .ſ. ad promulgationem ſententie. ideo iſto iuditio iudicabunt nõ omnes boni. Ad omnes enim malos dicetur Ite maledicti in ignẽ eternum. ⁊ bonis econtra. Uenite benedicti. Sed non ad beatos. quia nõ diceretur venite hijs qui iam venerunt. nec percipite his qui iam perceperunt. Sed ſancti qui iam perceperunt gloriam in iuditio illam tenebunt. cum hec ſit vita eterna. vt cognoſcant te deuz ⁊ q̃ miſiſti ieſum chriſtũ Io. xvij. capi. Et ideo non accipient. quia iam acceperunt. ſicut nec venient. Quia iam venerunt. In dãnatis autem non ſic. quia aliqui ibunt ad penam in qua nunq̃ fuerũt ⁊ aliq reddibũt ad penã qui ad ea ſaltẽ quo ad locum vocati fuerãt ad iuditiũ Io bene dicitur his qui de nouo vadunt ⁊ his qui iterum reddeunt. Ite maledicti ⁊c.

Tertio modo accipitur iudicium. non pro actu iudicandi. ſed pro effectu .ſ. iudicij .ſ. pro retributione que eſt duplex .ſ. in malis pena. ⁊ in bonis gratia de qua ſaluator loquitur in Ioanne di. Filius quidem hominis venturus eſt in gloria patris cuz angelis ſuis. ⁊ tũc reddet vnicuiqz iuxta opera ſua. Iſto iudicio iudicabunt etiaz omnes angeli. Unde apoſtolus prima corin. vj°. Neſcitis quia angelos iudicabim⁹ ꝙ nõ poteſt itelligi nec de ꝑmo modo iudicij nec de ſecundo. vt ex iam dictis patet. ergo de tertio. quia omnis creatura rationalis vel habebit penam vel gloriam que eſt effectus iudicij. ⁊ illo modo accipitur iudicium in tertio membro.

Quantuz ad octauuz .ſ. de quibus debz iudicare. Et ſciendum ꝙ .ſ. Aliqui accipient iudicium damnationis de multis malis ſine vllis bonis. Et hij accipiant iudicium ſine miſericordia. De quo di. Iacobus in canonica. ſecundo cap°. Iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam. ⁊ cete. Aliqui accipient iudiciũ damnationis de multis malis. cum aliquibus bonis. Et iſti accipient iudicium illud cum miſericordia. de quo ſaluator ait Luce quarto capitulo. Amen dico vobis ꝙ remiſſius Tyro ⁊ ſidoni in die iudicij. Aliqui accipient iudicium de multis bonis ſine vllis malis. ⁊ hij accipient gloriã ſine defectu.

Quantum ad nonum priuilegium .ſ. Qui erunt teſtes delicti ſiue accuſatores. Et eſt ſciendum ꝙ erunt ibi .3. accuſatores ſiue teſtes. Quorum ſcilicet primus erit diabolus. Unde Auguſtinus preſto tũc erit diabo⁹ recitãs ṽba nr̃e ꝓfeſſiõis ⁊ obiciens nobis quecũqz fecim⁹ ⁊ i q° loco ⁊ in qua hora. ⁊ quid boni tunc facere debuimus. Tunc etiã dicturus eſt ille aduerſarius. Equiſſime iudex iudica illum eſſe meum ob culpaz qui tuus volũtate eſſe noluit per gratiam. tuus eſt per naturam ſed meus eſt per miſeriam. tuus ob paſſionem meus perſuaſione ille fuit tibi inobediens ⁊ mihi obediens. ergo iuſte ⁊ equiſſime iudex iudica hunc meum eſſe vt cum diabolo iuſte dãnetur.

Secundus accuſator eſt proprium ſcelus. vnde. ſap. ca. Uenient incogitationem peccatorum ſuorum. ⁊ traducẽt illos ex aduerſo iniquitates eorum ⁊cete. Item Ber. Tunc eloquentia ſimul cũ opera dicent. Tu nos egiſti opera tua ſumus non te deſeremus ſed ſemper tecum erimus. ⁊ tecum ad iudicium pergemus. ⁊ ſic peccatorem oĩa. eius crimina eum accuſabũt.

Tertius accuſator erit totus mundus. vnde Cri. In illa die nihil eſt ꝙ reſpẽdeamus. vbi celum terra. aqua. ſol. ⁊ luna. dies ⁊ noctes ⁊ totus mundus ſtabit aduerſum nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum. etiam ſi omnia tacerent ipſe tamẽ cogitationes noſtre ⁊ opera ſtabunt aduerſum nos. ante deum fortiter accuſantes.

Quantum ad decimum priuilegium .ſ. Si erũt pro nobis aduocati tempore iudicij. ⁊ ce. Dicendum ꝙ non ſi diſcurimus per illos qui poſſunt eſſe .ſ. Quia primo. non angeli. Si enim aliquis angelus deberet eſſe ille qui eſt cuſtos anime noſtre eſſet ſed hic non erit. imo erit teſtis contrarius contra peccatorem. Secundo. non beati. quia erunt: vt dictum eſt teſtes cõtrarij cõtra peccatores. Tertio. nõ iudex ipſe chriſtus. qꝛ nullo iure iudex videri dz eẽ aduocatus. Quarto. nõ damnati. qꝛ ſunt inimici dei ⁊ ideo non habent bonum aduocare pro aliquo coram tali iudice. qꝛ non

exauditur aduocatus qui oditur. ymo ex hoc iudex pocius prouocatur: talis etiaʒ ad uocando derogat ſecundum iura cauſe ꝛc.

Quantum ad vndecimum principale. vndeci. cõſide° Que ſcilicet erit ſententia. Dicendum eſt ꝙ iuſti habebunt illud vbi eſt omne bonum ſ. vitam eternam. Mali autem illud vbi eſt omne malum ſcilicet penam eternam. Math. xxv°. Ibunt hii ſcilicet mali in ſupplicium eternum. Iuſti vero in vitam eternam. Sed notanduʒ eſt ꝙ malorum duplex eſt pena inter aliquas ſciliꝫ.

Prima eſt ignis eternus. iuxta illud Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum ꝛ cetera.

Secunda eſt tenebra perpetua.

Tertia eſt fletus infinitus de quibus duobus ſimul habetur Math. x. capitu. Mittite eum in tenebras exteriores ibi erit flet⁹ ꝛ ſtridor dentiuꝫ. Qui de cecitate gaudeāt illic oculi deleant qui circa illicitas concupiſcentias verſabantur quatenus ſingula membra ſupplicio ſubiaceantur. que hic ſingulis quibuſcunqꝫ vicijs ſubiecta ſeruiebant.

Quantum ad duodecimū ꝙ ē vltimū ſcilicet. Si erit ibi aliqua excuſatio. Di-
duode. cendum ꝙ non. Quia nullus ſe excuſat
cõſide° de crimine obiecto niſi peccatum abſcondendo. vel iudicem fallendo. vel verbis blandiendo. ſed ibi illa eſſe non poterunt propter tria.

Nam primo peccatum iudici non poterit occultari. q2 vt ait ap̄ls hebre. iiii. Omnia nuda ꝛ apta ſunt oculis eius. Et Hieronymus ait. aderit dies illa in qua facta noſtra quaſi in quadam tabula picta demonſtrabuntur.

Secundo iudex non poterit falli. quia ipſe eſt ille de quo dicitur ꝙ nouit in tenebris conſtituta. Unde leo papa. Iſta eſt ſententia ſcilicet ſummi iudicis. Iſte tremendus aſpectu cui per rarum eſt omne ſolidum ꝛ apertum omne ſecretum. ꝛ muta reſpondent. ſilentium confitetur. ꝛ ſine voce mens loquitur ꝛc.

Tertio nec blandimentis poterit inclinari. q2 vt dic. ps. 94. Iudicat populos in equitate. Item etiam Auguſtinus. Expectatur dies iudicij. vbi aderit ille iudex equiſſimus. qui nullius potentis perſonarum accipiet. Iteꝫ Bernardus. Veniet dies illa in qua plus valebūt pura corda ꝙ̄ aſtuta verba. Et plus conſciētia bona quā marſupia plena. Ibi enim erit iudex q nō falletur verbis. nec flectetur donis. Et in tantum apparebit turbatus ille iudex ſcilicet chriſtus ꝙ etiam iuſti timebunt. Sed illius audita voce benigna. ſ. Venite benedicti patris mei ꝛcete. Tunc gratulabuntur in infinitum. Quod nobis concedat ieſus chriſtus. Amen.

¶ Tractatus ſuper miſſus eſt.

In menſe autem ſexto miſſus eſt angelus gabriel. Luc. p°. capitu.

Quia inſtante deuotiſſimo tempore aduentus domini ꝛ ſaluatoris noſtri ieſu chriſti conſueuerunt mentes fidelium aſpirare ad laudes ſacratiſſime matris eius. Idcirco in preſenti aliis occupationibus reſecatis ad hiſtoriam anunciationis angelice que hoc tempore legitur ad laudem virginis ſupradicte per vrgens animum diſpoſui auxiliante eius filio lectionem hanc iuxta modicitatem ingenij mei more ſolito commendare. Nūc igitur ad propoſitum accedendo eſt notandum ꝙ in hac lectione duo principaliter deſcribuntur.

Primo quidem euangeliſte narratio quaſi loco prohemij vſque ad locum illuꝫ incluſiue. Ingreſſus angelus ad eaꝫ dixit.

Secundo deſcribitur angeli ꝛ virginis mutua collocutio quaſi loco tractatus ab eo loco. vbi dicitur. Aue gratia plena vſque ad illū locū ꝛ diſceſſit angelus ab ea.

Circa primam partem ſunt duodecim miſteria conſideranda.

Primum de temporis oportunitate. ibi. In menſe autem ſexto.

Secundūʒ de nuntij ſingularitate. ibi. miſſus eſt angelus gabriel.



Tertiū de mittētis auctoritate. ibi. a dō

Quartum de ciuitatis congruitat. ibi. in ciuitatem galilee.

Quintum de ciuitatis proprietate. ibi. cui nomen nazareth.

Sextū d̄ puelle īegritate. ibi. ad v̄giēꝫ.

Septimum de iſtius virginis ſollicitate. ibi. deſponſatam viro.

Octauum de iſtius ſponſi vocalitate. ibi. cui nomen erat Ioſeph.

Nonum de vtriuſqꝫ coniugis nobilitate. ibi. de domo dauid.

Decimum de iſtius ſponſe vocalitate ibi. ꝛ nomen virginis marie.

Undecimum de iſtius angeli introceſſione. ibi. ꝛ ingreſſus angelus.

Duodeciuꝫ de āgli locutiōe. ibi dixit.

Primum miſterium eſt de temporis oportunitate cum premittitur. in mēſe autem ſexto. Et dicitur iſte menſis ſext⁹ non quidem in anno ſed iſtius anuntiationis in numero menſium paganorum iſte menſis erat tertius. Et in numero iudeorum era primus. Sed dicitur ad litteram menſis. vj. a conceptione beati. Io. bap. de qua in principio capituli facta eſt mentio. Et ideo dicit angelus ad virginem parum infra. ꝛ hic menſis eſt. vj. illi que vocatur ſterilis. De qua eſt intentio euāgeliſte aſtruere quatuor creditas v̄itates. Prima ꝙ inter conceptionē Io. bap. ꝛ xp̄i fluxerūt. vj. menſes. q2 dicit in mēſe āt. vj. refferēs hoc ad tp̄s cōceptionis ſancte heliſabeth. i mediate p̄cedens. Scōa ꝙ inter tēpus cōceptionis dn̄i ꝛ natiuitatē bti Io. fluxerunt tres mēſes. q2. ix. mēſes ponunt coiter iter cuiuſlibet cōceptionē ꝛ natiuitatē. Et iſta manſio bti Io. i vtero materno hūit ſex mēſes an̄ xp̄i cōceptionē. poſtea tres. Tertia ꝙ a natiuitate bti Io. vſqꝫ ad natiuitateꝫ xp̄i fluxerūt ſex mēſes. q2 cū nouē ſint menſes hitationis hūanc. i vtero mr̄no ſic xp̄s hūit tres ante Io. natiuitatem ita hūit. vi. poſt ipſam. Quarta ꝙ xp̄i hitatio i vtero mr̄is fuit cōmēſurata in hitatiōi aliorū hoīum naturaliter cōceptoꝝ vt oſtēdit ꝙ xp̄s verā carnē de ſua mr̄e ſumebat. In cuius vtero augmentū ſucceſſiuum ſumebat in decurſu nouem menſium pp integram cōſubſtātia litatē p̄fectā xp̄i ad ſuam beatā matrem in tanti temporis augumento. Iō dicit apoſtolus galat. iiij. ca. Factū ex muliere factum ſub lege. Iſte etiam mēſis d̄ q̄ hic loquit euangeliſta cū dicit. In menſe aūt ſexto eſt mēſis martij q̄ ad nos. q menſis fuit illuſtris. De quo require ſupra in ſermone annuntiatiōis incipiēs. Annuntiaui ꝛ locutus ſum ꝛ conſideratione quarta. Et ideo cū iſte menſis ſit ita ſolemniter illuſtrat⁹ ꝛ ſup alios menſes volēs oſtēdere ſicut etiaꝫ temporis oportunitatem. ſ. in menſe ꝛ quo. i. in marcio. Et ſi dicat quomodo p menſem ſextum intelligatur menſis martij. Reſpōdet ꝙ cōceptio beati Io. bap. ad quā reducit iſte numerus ſenalis facta fuerat die. xxiiij. menſis ſeptembris. vt probat ex eius natiuitate cōparata ad eius conceptionē. ſicut cōparat natiuitas xp̄i ꝛ eius matris ad ſuas conceptiones ꝛ ideo p menſem ſextū dat intelligere marcium a conceptione beati Io. ſic numerādo Sed notandum ꝙ habita certitudine de menſe fuerunt quatuor queſtiones de breuiori tempore. Prima. de ſeptimana. ſ. qua ſeptimana iſti⁹ mēſis fcā fuit iſta anūtiatio. Et d̄r ꝙ icipiēdo quālibet ſeptimanā a dn̄ica ſic docet lex diua. gn̄. p°. c. Factū ē veſpe ꝛ mane dies vnus. ꝛ tūc currente. b. p dn̄ica. vt p̄bat ex ordie chalēdaꝝ. Iſta anūtiatio fuit fcā i 3ᵃ ſeptiama marcij. vt pꝫ ex dictis ſci Aug. iiij°. li°. de tri. Ad denotādū ꝙ xp̄s icarnat⁹ ē i 3° tp̄e qd̄ d̄r tp̄s eē gr̄e. Eſt. n. triplex tp̄s. Primū nature qd̄ durauit ab adā vſqꝫ ad moyſē.

Secundū ſcripture qd̄ durauit a Moyſe vſqꝫ ad chriſtum.

Tertiū gratie qd̄ durabit a xp̄o vſqꝫ ad finē mūdi. Cū. n. ſm̄ Augu. vbi ſupra. tria tēpora diſtinguat diuina ſcriptura. ſ. p̄mū ante legē qd̄ dicit tēpus nature. Secundū. ſub lege qd̄ dicit tempus legis ſcripte

Tertiū. poſt legē qd̄ dicit tēpus gr̄e in quo xp̄s fuit incarnatus ſicut in tertia ſeptimana mēſis martij. Secunda queſtio d̄ die. ſ. q̄ die ſeptimāe facta fuit hec anūtiatō Et dicitur cōiter ꝙ feria ſexta. Quia eādē dies annuntiatationis que ꝛ paſſiōis d̄r fuiſſe. ſicut p̄batur per dicta Augu. vbi

ſupra quamuis pro ſe iſta nota ſufficiāt ta
men cōmunis ſententia ita habet. Que ſex
ta feria q̃druplici priuilegio eſt ſublimata.

Primuȝ. q꞉ iſta die fuit primus homo
factus de terra in maculata. Ita ⁊ ſecun-
dus ea die de virgine in temerata ſecundū
deductiouem beati Andree ad egeam.

Secundum. q꞉ populus hebreo. a ſerui
tute egiptis liberatus. quia feria. v. ad ve-
ſperū credimus ymolaſſe paſcha ⁊ ſabbato
trāſiſſe mare Rubrū ſcdm̄ dicta btī Gre.
⁊ ſexta feria receſiſſe poſt paſcha cellebratū.

Tertium. q꞉ feria. vi. fuit xp̄s a magis
veneratus. Conſtat enim ipſum natum fu
iſſe die dominica. Et per ꝯñs in. iȝ. die ſe
quenti cellebratur epiphania in ſexta feria
qua die fuit veneratus.

Quartum: quia tali die fuit mortuus
⁊ ſepultus. vt patet Io. ix. caᵒ. Tertia q̃
ſtio. ⁊ de die menſis ē dicit̃ ꝙ. xxv. die mē
ſis. q꞉ tunc dicitur eſſe. 8. chalendas aprilis
Quo die ſecundum Auguſtinum vbi ſu-
pra xp̄s fuit anunciatus ⁊ paſſus. ⁊ iſta dies
creditur a nonnullis eſſe illuſtrata de illo
ſublimi miraculo quo deus munduȝ crea
uit. Quia tali die qualis eſt. xxv. die men-
ſis marcij mundus fuit creatus. ⁊ non po
teſt intelligi niſi de prima die qua mundi
creatio fuit in cepta. qua. ſ. deus creauit an
gelos ⁊ lucem colorem corporalem. Quia
in ſex diebus fuit profecta creatio mundi ⁊
non in vna die tantum. Et iſtud miracu-
lum fuit ad propoſitum. quia iſta die fuit
anima chriſti non ſolum creata ad ſimili-
tudinem angelorum. ſed illuminata vltra
perfectionem ipſorum.

Quarta queſtio de hora. ⁊ dicitur com
muniter ꝙ hora completorij. qua dies a-
ueſperaſcit ſicut fuit declaratum ſuper. gñ.
Quamuis non ſit clarum per ſcripturas.
hoc etiam dicit. d. Bonauētura de balneo
regio. hoc etiam tenet ritus eccleſie in plu-
ribus partibus pulſando aue maria illa
hora. ſ. completorij. Que hora eſt quadru-
plici honore illuſtrata.

Primo. quia hac hora fuit ſol creatus
quia in die creationis premittitur veſpere
ante mane ſecundum quandam opinio-
nem ſuper gñ. recitatam. vt ibi dicitur fa-
ctuȝ eſt veſpere ⁊ mane dies .xlix. ⁊ iſtud
fuit conueniēs vt ea hora qua fuit forma
tus ſol lucis corporee ex prima materia for
maretur etiā ſol iuſtitie ex virgine illibata.

Secundus. quia hac hora fuit chriſtus
conſecratus in ſacramento eucharıſtie ce-
nante xp̄o in veſpe. vt pȝ Math. xxvi. ca.

Terti⁹. q꞉ agnus paſchalis hac hora fu
it ymolat⁹. pȝ exo. xii. c. In ritu paſce ⁊ mā
ducatus ⁊ fuit fig⁹ ꝑcedētis māducatiōis.

Quartus. q꞉ hac hora fuit chriſtus ſe-
pultus ⁊ lamentatus. patet Math. xxvii.
capi. Et ideo iſta hora eſt nobis inter cete-
ras deuotiſſima. Sed occurrit difficultas.
q꞉ dicitur ſapientie. xviij. capi. Cum enim
quietum ſilētium contineret omnia ⁊ nox
in ſuo curſu medium iter haberet omnipo
tens ſermo tuus domine de celo a regali-
bus proſiliuit. Ex quo dicto accipitur qd̾
chriſtus fuit incarnatus in media nocte. ⁊
ſic cum hora anunciationis prebente virgi
gine cōſenſum dei filius fuerit incarnatus
ſecundum dicta ſcōrum videt̃ ꝙ iſta anun
tiatio nō fuit facta hora cōpletorij ſed ho-
ra noctis media q̃ dr̃ hora matutina. ⁊ dr̃
ſm̄ iſtam opinionē ꝙ hec annūtiatio fuit
incepta hora cōpletorij. ⁊ hora matutinali
fuit icarnatio cellebrata. ⁊ ſic. oȝ dici ꝙ lo-
cutio angli cū v̾gine venerāda durauit ab
hora cōpletorij vſqȝ ad mediā noctē. ⁊ ſuf
ficit breuitate ſcribere v̾bor̄ ſn̄iam ſicut in
multis exēplis ſacre ſcripture hēmus. ꝙ il
la q̃ lōgiſſimo tp̄e ſunt patrata breuiſſima
pagina ſunt deſcripta. Alij dicūt ꝙ pᵃ ho
ra fuit anūtiat⁹ ⁊ hora tertia fuit ꝯceptus
Sic̄ illa hora ꝑmus hō fuit ꝑductus. Sed
hec opinio nō videt̃ bñ poſſe ſaluari in au
ctoritate ſupra dcā. Cū mediū ſilētiū ⁊c.
In q̃ videt̃ ꝙ i media noctis hora fili⁹ dī
venit in v̾ginē ⁊ tūc fuit icarnatus ⁊ cōce
pt⁹. forte dicet̃ ꝙ illa auctoritas itelligit̃ d̾
aduētu ex vtero v̾ginis in mūdū ⁊ nō i vte
rū v̾ginis ex ſinu p̄ris. Et dī ꝙ auctoritas
videt̃ ſonare oppoᵐ. q꞉ dr̃ de celo a regali
bus ſedibus venit. i. a ſedib⁹ trinitatꝫ ⁊ for
te dicetur ꝙ vterus v̾ginis fuit ſedes filij
dei. de iſtis opiniōib⁹ tollite quā vultis ⁊c.



Secundum miſterium de nuntij ſingu
laritate. cum ſequitur. miſſus eſt āgelus ga
briel. Eſt notandū ꝙ angelus tenebraruȝ
aliquando transfigurat ſe in angelum lu-
cis 2ᵃ. cor. xi. ca. Sathanas transfigurat ſe
in angelum lu. ſe. Ad intelligentiam iſtius
dicti eſt notandum ꝙ omnia nomina an-
gelica in diuina ſcriptura expreſſa ſanctis
patribus reuelata terminantur in. l. ad de
notandum vltimatam coniunctionem q̃
ſancti angeli habent cū deo in vnione bea
tifica. Iſtud enim nomen el in hebreo
idem ſignificat ꝙ deus in latino. Et notā
dum ꝙ quatuor nomina angelorꝫ repe-
riuntur in ſcriptura ſacra.

Primum michael. Qd̾ interpretatur
quis vt deus quaſi per moduȝ adminiſtrā
tis vel operantis ſecundum exceſſum. Et
iſtud nomen habetur dañ. 10. ca. Michael
vnus de principibuȝ primus venit in ad-
iutorium meum.

Secundum eſt raphael ꝙ interpretatur
medicina dei ⁊ habetur Tobie. 12. ca. Ego
ſum raphael angelus vnus ex ſeptem qui
aſtamus ante dominum.

Tertium eſt vriel ꝙ interpretatur a-
gnus dei ⁊ dei incēdium ꝙ eſt abur quod
eſt ignis. Et iſtud noēn non. inuenitur in
ſcriptura canonica tamen ponitur in ter-
tio eſdre. quem reperitur beatus Amb.
allegaſſe. Et beatus Hieronymus iſtud
nomen ponit in ſuis interpretationibus
⁊ papias.

Quartum eſt Gabriel ꝙ interpretatur
fortitudo dei de quo dañ. viij. ca. Gabri-
el fac intelligere iſtam viſionem. Et no-
tandum de iſto nuntio. quia primo conue
niens fuit deo mittenti qui eſt rex reguȝ ⁊
dominus dominantium apoc. xvii°. capi.
Et ideo dicit̃ p̄s. 103. Metro. v. Qui fa-
cis angelos tuos ſpiritus ⁊ miniſtros tu-
os ignem vrentem. Secundo fuit conue
niens virgini ſuſcipienti. eo q꞉ primo vir-
ginitatem nouerat. Et ſic angelicam in
terra inchoauerat vitam Ieronymus ſu-
per lucā. Bene angelus ad virginem mit-
titur. q꞉ angelis ſemper eſt cognata virgi-
nitas. in carne enim eſſe ⁊ preter carneȝ vi
uere angelica vita eſt non humana. Et no-
tandum ꝙ iſte nuntius venit ad anuntian
dum diuinium miſterium ſcrutinium: con
ſilium: ſtudium ⁊ modum. vnde iſte nun-
tius diuinius nō quicūqȝ ſed ille de quo
prouer. xxv. ca. Anima ſicienti aqua frigi-
da nuncius bonus de terra longinqua ve-
re longinqua quia de terra viuentium ad
terrā morientium verba vite portauit. vt
ſibi dicatur. Io. vi. capi. Verba vite eterne
habes ⁊ fuit aqua frigida anime ſicienti.
Quia ſitientibus ſalutem fontem aque vi
ue nuntiauit Io. iiij. ca. Aquam quā ego
dabo ei fiet in. eo fons aque ſalientis in vi
tam eternam. Iſtud autem nomen gabriel
habet quadruplicem interpretationem ſꝫ
beatum Iero. Prima fortitudo dei q̃
xp̄m dilexit. luc. vij. ca. Dimittunt ei pctā
multa qm̄ dilexit multū. Cuius dilectōis
feruor ſpiritualiter nō carnaliter. pȝ in ma
tre dn̄i cant. 2. c. Ordinauit i me charitatē.

Tertia maria mater Jacobi. que ope
ra miſericordie ſollicitauit mar. xvj. capi°.
Maria Jacobi ꝛ ſalomone emerunt aro
mata vt venientes vngerent ieſum ꝛ val
de mane. Cuius ſollicitudinis preſentiarū
fuit mater domini. luc. 2. ca. Fili quid feci
ſti nobis ſic. ego ꝛ pater tuus dolentes que
rebamus te

Quarta maria vxor zebedei que ſecūdū
Joannem os aurei in ſermone vocatͬ vere
pacifica. q2 filium pacis genuit. Cuius pa
cis ſumū graduȝ tenuit mater domini dū
filium nobis protulit qui pacem inter de
um ꝛ hominem promeruit.

Quinta maria mater Jo. p°. Marci.
Que fuit in oratione aſſidua. act. i°. ca. pȝ
Cuius orationis nō minoris efficatie fuit
mater domini. luc. 2. ca. Maria autem cō
ſeruabat oīa v̄ba hec cōferēs in corde ſuo.

Sexta maria deuota pauli. Que mul
tum pro fidelibus laborauit. Romanos vl
timo capitulo. Salutate mariam que mul
tum laborauit in vobis. Cuius laboris
ꝛ profectus non minus perfecit mater do
mini. Et ideo propter opus dicere poteſt
in cant. Manus mee diſtalauerunt mirrā.

Septima fuit ipſa mr̄ dn̄i q̄ fuit pfectiſ
ſima i v̄tute hūilitatis. luc. p°. Ecce ācilla

domini. Et quia vltra omnes alias crea/
turas ſe hũiliauit vltra omnes. ymmo ſu/
per omnes alias creaturas deus ĩpam bea
tificauit. Luc. vbi ſupra. Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes.
Et quia inter ceteras interpretationes qua
drupliciſolẽnizatur ab eccleſia. vnde can/
tat omni die. d. aue mariſ ſtella. Jccirco ad
eius cõuenientiam notandum videamus
proprietatem iſtiuſ ſtelle. ⁊ ſunt io. pº. quia
habet ſublimitatẽ in ſuo exceſſu. Eſt enim
altiſſima omnium ſtellarum que ſunt ĩ no
ſtro emiſperio. ꝙ patet ex duobus.

Primo. qꝛ quanto ſol ad iſtam ſtellaꝫ
in zodiacho plus appropinquat tãto plus
dicitur aſcendere. Et idem dicitur de luna
⁊ ceteris planetis. Secundo. quia in re
ceſſu ſolis ab hac ſtella. quanto plus diſtat
ab eo tanto magis dicitur deſcẽdere donec
perueniat a ſolſtitio eſtiuali vſqꝫ ad ſolſti/
cium yemale hanc proprietatem attribuit
beatus Hieronymus matri domini ĩn ce
leſti patria. quia ſicut hec ſtella infirmamẽ
to ſuper omnes eſt elleuata. Jta mater xp̃i
in celo ſuper omnes ſanctos eſt exaltata. ⁊
ad dexteram filij collocata. p̃s. xliij. Me.
tro. xj. Aſtitit regina adextris tuis inueſti/
tu de aurato circũdata varitate. Jteꝫ eccl.
24. ca. Ego in altiſſimis habito ⁊ tronus
meus in colũna nubis. Tota eniꝫ celeſtis
Jerarchia eſt diſpoſita ad modum colũne
Cuius baſis eſt yerarchia infima. Aſtile
yerarchia media. ⁊ capitellum Jerarchia
ſuppꝛema ſecundum beatum dionyſium.
Jn cuius ſummitate collocata eſt. beata vir
go. Ad cuius altitudinem ſi non corpore
tamen mente contemplando aſcendere de
bemus. vt cum apoſtolo. d. philippẽ. No
ſtra autem conuerſatio in celis eſt.

Secunda. qꝛ habet medietatem in ſuo ſi
tu. qꝛ eſt in medio noſtri emiſperij. Sicut
centrum in medio circuli. Cum enim ori/
zon ſit circulus diuidens duo emiſperia
omnes linee ducte ab iſta ſtella vſqꝫ ad ori
zontem eorum quibus eſt ſpera recta ſunt
equales. Sicut eſt de centro reſpectu circu
li in cuius medio eſt. Hanc proprietatem
habet mater domini. quia ſicut hec ſtella ẽ
in medio noſtri emiſperij. Jta xp̃s creditur
eſſe in medio celi empirei. vt ibi a ſanctis
melius poſſit intueri. gñ. 2. ca. Lignum vi
te in medio paradiſi. Et quia mater domi
ni eſt iuxta filium collocata vt pote ad dex
teram eius tertii regum. 2. capitu. Poſituſ
que eſt tronus matri regis que ſedit ad dex
teram eius. verum vbi eſt mater gratie. ibi
eſt fons miſericordie. vnde omnes aurire
poſſumus. p̃s. xlvj. Metro. viij. Suſcepi
mus miſericordiam tuam in medio templi
tui. Ad quam deuote ſupplicantes om/
nes recurrere debemus vt ipſa. d. filio. 4.
regum. iiij. capi. Jn medio populi mei ha
bito. ſ. per deuotionem. Tertia. qꝛ hꝫ i
mobilitatem in ſuo ſtatu. Omnes. n. ſtelle
de noſtro emiſperio circulariter mouentur
d loco ad locũ in peregre ipſa pmanente i
codẽ loco fixa. Et ideo dicitur cardo. Ois
enim motus circularis fit circa aliquod
mobile. Et illud dicitur cardo Job. xx. ca.
Cur cardines celi per ambulant.

Quarta. qꝛ habet nobilitateꝫ in ſuo cir
cuitu. quia licet non tranſeat de loco ad lo
cum currendo ſicut alie tamen voluit̃ ifra
ambitum ſuũ cũ ſit fixa infirmamẽto quã
do voluitur firmamentũ voluitur ip̃a. Si
cut ad reuolutionem rote voluit̃ clauus fi
xus incentro rote. Jſtam proprietatem ha/
bet mater domini in patria licet. n. in felici
tate ſua vt dictum eſt ſit immobiliter col/
locata. Tamen ex magnitudine ſue clemẽ/
tie ſe benigne conuertit. ad quamcũqꝫ par
tem fuerit in vocata. prouer. vltimo. capi.
Manum ſuam apperuit in opi ⁊ palmas
ſuas extendit ap pauperem. hanc propꝛie/
tatem debet ymitari quelibet aĩa deuota.
beate vir. vt vocata per indigentes miſeri
corditer ſe conuertat Math. v. Beati mi/
ſericordes quoniam miſericordiam conſe/
quentur. Quinto. qꝛ habet ſempiterni/
tatem in ſuo aſpectu. Sunt eniꝫ alique ſtel
le ſempiterne apparitionis ⁊ alique ſempi
terne occultationis ſecundum aſtrologos
propter proximitatem ad polos mundi. ſ.
articum ⁊ antarticuꝫ. Sed iſta ſtella d qua
fit ſermo non tantum ꝙ videatur omni no
cte ſed etiã omni hora noctis. Et ſimiliter



videntur ille que parum diſtant ab ea.
Jſtam proprietatem habet beata virgo
Eſto ꝙ ceteri ſancti appareant per effectũ
ſui auxilij quandoqꝫ in vocãtibus ſe. Sẽ
per beata virgo quãdocũqꝫ inuocat̃ adeſt
ſecundum Bernar. Jdeo dicit. Jlle a lau
dibus eius deſiſtat qui ipſam in vocatam
ſenſerit in ſuis eam neceſſitatibus defuiſſe.
Et qꝛ ſancti veteris teſtamenti tali patro/
cinio caruerunt. d. ſapiens. eccl. xxxvj. caº.
Ubi non eſt mulier ingemiſſit eger. Ra/
tio autem ſue miſerationis erga nos eſt du
plex Prima. quia care nos emit. ſ. ſan/
guine filij ſui quem plus diligebat quã ſe
ipſam. Secunda. quia ſuã felicitatẽ pp
nos habuit cum propter peccatores dei fi/
lius de ipſa naſci voluerit. Sexta. quia
habet minimitatẽ in ſuo aſpectu. licet eniꝫ
in ſe ſit multũ magna. Tamẽ quo ad nos
eſt quaſi minima ſtella reſpectu notabiliuꝫ
ſtellarum quia vix videtur propter par/
uitatem. Jſtam proprietatem habet mater
domini que ſecundum quantitatem virtu
tis licet fuerit pre maxima poſt filiũ ſuuꝫ.
Tamen propter humilitateꝫ fuit minima.
Cuius humilitatis in ſcriptura noſtra ha
betur vnum teſtimonium ⁊ vnum ſignuꝫ.
Teſtimonium. quia ſpũs ſanctus per os
ipſius reddit rationem. qꝛ digna fuit eẽ ma
ter domini. Luc. pº. c. d. Quia reſpexit hu/
militatem ancille ſue ecce eniꝫ ex hoc bea.
me. d. om. g. Signum quia cum prebuiſſet
aſſenſum ⁊ mater domini iam facta poſſeſ
ſiue non more potentum terre. d. Ecce regi
na mundi. Ecce mater dei. ecce mater regiſ
eterni. Sed more humilium ⁊ manſueto/
rum. d. Ecce ancilla domini. Hanc pro/
prietatem imitari debent qui huic regine
placere deſiderant. Qui preuidens vidit.
d. filio eius Judith. ix. c. Superbi tibi nõ
placuerunt a principio ſed humiliuꝫ ⁊ mã
ſuetorum ſemper tibi. placuit de precatio.

Septima. qꝛ habet inuiſibilitatẽ in ſuo
aſpectu. Dicitur enim ꝙ illa ſtella quam
tramontanam vocamus non eſt vere po/
lus. patet enim ad ſenſum ꝙ vere mouetur
quia modicum circulum facit. Sed maxi/
me eſt propinqua polo. vnde recipit nomẽ
propter inuiſibilitatem poli ipſius. Jſtam
proprietatem habuit mater domini per vir
tutem ſolitudinis que neceſſaria eſt contẽ/
planti. ita fuit aſpectibus hominum ſeque
ſtrata vt eſſet communiter inuiſa cuius oc
cultationis ſunt duo nobiliſſima ſigna.

Primum. quia quando fuit ab angelo
ſalutata non in publico ſed in abſcondito
fuit inuenta. vnde hic dicitur ingreſſus an
gelus ad eam. vbi Ambroſius. ſ. in pene/
tralibus. Secundum. quia quãdo ha
buit ex officio ad publicuꝫ procedere vt po
te in uiſitatione heliſabeth cum feſtinatio/
ne tranſiuit. Sicut in diſplicentibus feſti/
nat quilibet quantum poteſt ideo dicitur
in preſenti. ca. habijt in montana cum feſti
natione. Jſtam proprietatem debent imi/
tari maxime religioſi quorũ ſtatus eſt in
vita contemplatiua. ſapientie. viij. ca. Jn
trans in domum meam cum quieſcam cũ
illa Math. vj. ca. Ne videaris hominibꝰ
ieiunans. ſed Patri tuo qui eſt in abſcon/
dito ⁊ pater tuus qui vidit te in abſcondi/
to reddet tibi.

Octaua quia habet rectitudinem i ſuo
aſpectu. Quia cum ſpera celi aliquibus ſit
recta aliquibus obliqua. Jllis ſolis eſt re
cta qui habent caput erectum ad iſtam ſtel
lam ⁊ omnibus alijs eſt obliqua. Et ideo
qui non habent recte caput ad iſtam ſtellã
celum eſt eis obliquum. ſicut dicunt aſtro
logi. Jſtam proprietatem habet bea. vir/
go nam qui caput habent erectum verſus
eam per veram fidem ⁊ puram deuotio/
nem. Jllis ſpera celi eſt recta. Quia re/
cto itinere gradiuntur ad celum. Et econ/
uerſo alijs. Danie. ij. capitulo. Aduerte/
runt ſenſum ſuum ⁊ declinauerunt ocu/
los ſuos vt non viderent celum neque re
cordarentur iudiciorum iuſtorum. p̃s. Sta
tuerunt declinare oculos ſuos in terram.
Ex iſta proprietate accipitur documentuꝫ
quod homines qui habent rectam inten/
tionem finaliter ſaluabuntur. Quia ver/
ſus paradiſum habent rectum aſpectum.
Quod figuratum eſt per feneſtram arche
noe. quam ipſe apperiens intromiſit colũ
bam. gñ. octauo capitulo.

Nona habet ſcintillationem in ſuo cē-
tutu. Jdeo planete dicuntur non ſcinti-
larc quia ſunt prope ſecundum pħos ⁊ ſtel
le firmamenti ſcintillant. quia ſunt longe.
⁊ ideo tremit viſus ⁊ non poteſt eas ſtabi
liter attingere. Sed quaſi interumpatur a-
ctus videndi ſecundum perypatheticos.
Et quia iſta ſtellá eſt altiſſima ⁊ ſumme di
ſtans a plana ſuperficie terre quem admo-
dum punctus medius centri ſperici plus
diſtat a ſole. Jdeo magis videtur ex tali
diſtantia ſcintillare. Jſtam proprietatem
habet beata virgo. Quia miſteria que ſūt
in ea perfecta a tota trinitate ſunt ita ſub-
limia. Ut pote in carnatio ⁊ generatio ver
bi quod viſus noſtre generationis non ad
ea attingere poteſt. Et ideo tremit ⁊ quaſi
interumpitur prouerbiorum. xv. capitulo.
Sicut qui mel comedit ⁊ non eſt ei bonuz
ſta curioſus ſcrutator maieſtatis opprime
tur a gloria.

Decima. quia habet ſeptemplicitatez in
ſuo ambitu. quia circa illam ſemper ver-
tuntur. vij. ſtelle notabiles que a vulgo di-
cuntur currus breuis ſecundum vero aſtro
logos vocantur vrſa minor. ⁊ propter iſtas
vij. ſtellas tota illa plaga que eſt huic ſtel-
le vicina. dicitur ſeptemtrionalis. vnde di
cit deus Jacob. geñ. xxviij. capitulo Dila
taberis ad orientem ⁊ occidentem ſeptem-
trionem ⁊ meridiem. Jſtam proprietatem
habuit mater domini in ſua dilatatiōe du
pliciter in hac vita.

Primo propter. vij. dona ſpiritus ſan
cti quibus beata virgo quaſi circulariter
fuit illuſtrata pluſquam alia creatura ſicut
predixit propheta. yſa. xi°. capitu. Egredie
tur virga de radice ieſſe ⁊ flos de radice
eius aſcendet ⁊ requieſcet ſuper eum ſpiri-
tus dñi ſpiritus ſapīe ⁊ intellectus ſpiri-
tus conſilii ⁊ fortitudinis ſpiritus ſcientie
⁊ pietatis ⁊ replebit eum ſpiritus timo-
ris domini. Jſta. vij. dona quaſi. vij. ſtelle
decorauerunt beatam virginem quando
dixit illi angelus. Spiritus ſanctus ſuper
ueniet in te ⁊ virtus al. ob. tи. Luc. p°. ca.

Secundo propter. vij. gaudia principa
lia que habuit. bea. vir. de ſuo filio.

Primum in angeli annuntiatione.
Secundum in eius natiuitate.
Tertium in regum adoratione.
Quartum in chriſti reſurrectione.
Quintum in eius aſcenſione.
Sextum in ſpiritus ſancti miſſione.
Septimum in propria aſſumptione.
Jſte ſunt. vij. ſtelle de quibus. Apoca.
primo capitu. dicitur. Et habebat in dexte
ra ſua. vij. ſtellas moraliter. i. vij. gaudia a
tota trinitate determinata pro virgine glo
rioſa iam memorata. Jtem videndum eſt
que ſunt iſtius ſtelle virtutes. Et dicitur
ꝙ ſunt decem.

Prima quarum eſt. quia iſta ſtella ha
bet virtutem ⁊ dominium ſupra naturam
duriſſimam. quia duriſſimum omniuz cor
porum dicitur eſſe lapis. Non enim poteſt
mollificari ſicut ferrum prius enim incine
ratur. ⁊ inter omnes lapides duriſſimus
eſt adamas ſiue calamita ezechielis 3. ca°.
Domus iſrael attrita fronte ⁊ duro corde.
⁊ ſequitur. ecce dedi frontem tuam durio-
rem frontibus eorum. ⁊ vt adamantem ⁊
ſilicem dedi faciem tuam. Super iſtam du
riſſimam petram habet dominiuz iſta ſtel
la que dicitur ſtella maris. quia dat ei vim
ferri attractiuam. Cuius ſignum eſt. quia
hic lapis ferrum attrahens ſemper conuer
tit ipſum verſus iſtam ſtellam. Jſta virtus
eſt in beata virgie. quia habet dominiū ſu
pra corda duriſſima hominum obſtinato-
rum in malo. Qui frequenter flectuntur
dulcedine deuotionis ad ipſam. vt patet
in multis exemplis. Et ideo poteſt dicere
ezechielis. 13°. Auferam cor lapideum de
carne veſtra ⁊ dabo vobis cor carneum.
De quibus dicit deus ob reuerentiaz ma
tris ſue. ezechielis. xiii. capitulo. Si impi
us egerit penitentiam ab omnibus pec-
catis ſuis que operatꝰ eſt. ⁊ cuſtodierit vni
uerſa precepta mea ⁊ fecerit iudicium ⁊ iu-
ſtitiam vita viuet. ⁊ non morietur omniū
iniquitatum eius non recordabor.

Secundo quia habet dominium ſupra
naturam grauiſſimam ferri. qđ eſt grauiſ-
ſimum. Eo quia ibi dominatur terra ele-
mentum inclinans deorſuz. qđ autem do-



minetur dictum eſt ſupra. Nam ferrum
non verteretur ſemper verſus ſtellam ni-
ſi ſtella aliquod dominium haberet in fer-
rum. ⁊ ſi dicatur ꝙ adamas ⁊ polus ſunt
cauſa. Reſpondetur ꝙ adamas eſt cau-
ſa particularis ⁊ polus eſt cauſa vniuerſa-
lis. Jſta virtus eſt in beata virgine con-
uertendo corda humana ad pietatem ab
impietatibꝰ ſuis. que corda ſunt grauia du
plici ratione.

Primo. quia inclinata deorſum i. ma
lum geñ. vi. capitulo. Senſus ⁊ cogitatio
cordis humani ad malum prona ſunt ab
adoleſcentia ſua.

Secundo. quia ſunt difficilia ad motuz
ſurſum dicente propheta. p̄s. iiij°. Metro.
3. Filii hominum vſqz quo graui corde.
Sed dicit beata virgo cum ſuo filio Jo.
xij. capitulo. Ego ſi exaltatus fuero a terra
omnia traam ad me ipſum.

Tertia. quia habet frigiditatem in ſuo
influxu ⁊ iſtius frigiditatis ſunt duo ſigna.

Primum. quia regiones proximiores
iſtius ſtelle ſunt magis frigide. vt alema-
nia magna quam affricha.

Secundum. quia ventus qui peruenit
a regione iſtius ſtelle eſt magis frigidus
quaz proueniens aliunde eccleſiaſtici. 43.
capitulo. Frigidus ventus aquilo flauit
⁊ gelauit criſtallus ab aquis. Et ideo in
eſtate quando eſt aer ſuccenſus ſolis ardori
bus ſūmum remedium eſt iſte ventus.
Jſta virtus eſt in beata virg. quia ardorez
concupiſcentie noſtre mentis refrigerat ⁊
extinguit dupliciter.

Primo eius puritatem mente deuota
cogitando. quia ſecundum Auguſtinum
libro de ciuitate. Nullus eſt ita deprauia-
tus qđ totum ſenſum amiſerit honeſta-
tis. Cant. iiij. capitulo. O quam pulchra
eſt caſta generatio cum claritate.

Secundo eius auxilium implorādo di
cens Alchidius in lib° de aſtris quod to-
ta armonia concurrit ad cauſationem eti-
az minimi indiuidui. Jta ꝙ omnis ſtella
ſemper influit. Jta quilibet ſanctus in pa-
tria habet appropriatam virtutez. Et ſic im
plorando auxilium in beata virgine cau-
ſant effectum. Jdeo de ſe dicit. eccleſiaſtici.
xxiiij. Ego mater pulchre dilec. ti. ⁊. ma. ⁊.
ſancte ſpei. ⁊ eccl. xxiiij. Venite ad me om-
nes qui concupiſcitis me ⁊ a generationi-
bus meis ad implemini.

Quarta. quia habet ſerenitatem in
ſuo aflactu. quia ſpirante vento iſtius ſtel
le ſerenuz facit. prouerbiorum. xxv. capitu.
Ventus aquilonis diſſipat pluuias.
Jſta virtus eſt in beata virg. Quia deita
te turbata propter peccatum ipſa ſpirante
i. orante nobis redditur gratioſa Hiero-
nymus inde cunctis datur venia. oſee. 2°.
capitulo. Dicite ſorori veſtre miſericordi-
am conſecratam. Bernar. O homo ſecu-
rum habes acceſſum ad deum. vbi habes
matrem ante filium ⁊ filium ante patrem
mater oſtendit filio pectus ⁊ vbera. ⁊ filius
patri latus ⁊ vulnera. nulla ibi poterit
eſſe repulſa. vbi tot occurrunt charitatis
inſignia.

Quinta. quia habet ſanitatem in ſuo
effectu. Quia aer iſtius ſtelle eſt ſereniſſi-
mus ⁊ ſaniſſimus ⁊ ſunt duo ſigna.

Primum. quia regiones iſtius ſtelle
ſicut ſūt ei viciniores ita dicunt̃ ſaniores.

Secundum. quia tempora in quibus
flat ventus aquilonaris dicuntur ſaniora.
Jſta virtus eſt in beata virg. Nam ante
ortum eius. quia remoti adeo infirmi era-
mus. ſed ipſa flante. i. parturiente partus
eius factus eſt nobis ſaniſſimus. yſa. 53.
capitulo. Vere langores noſtros ipſe tulit
⁊ dolores noſtros ip̄e portauit. Jdeo dicit
chriſtus Math. ix°. capitulo. Non egent
qui ſani ſunt medico ſed qui male habent.

Sexta. quia habet puritatem in actu.
Quia aura eius eſt puriſſima. Et ſunt
duo ſigna.

Primum. quia ſpirante auſtro piſces
et carnes corrumpuntur citius. Sed ſpi-
rante aquilone diutius conſeruantur.

Secundum. ſpirante auſtro loca fetida
maxime exalant fetores. ⁊ ſpirante aquilo
ne reprimuntur. Jſta virtus ē in. bea. vir.
tradunt ſancti qui eam viderunt. Nullus
quantumcūqz ad inhoneſtatem inclina-

tus poterat eam videre quin ſtatim per aſpectum virginis talis turpitudo ſeperaſtur. Cuius ratio eſt. quia feditas appoſita iuxta decorem magis cadit in habominationem. yſa. vj. ca. Ve quia vir polutus labijs ego ſum, ⁊ in medio populi poluta labia habentis habito ⁊ regem dominum exercituum vidi oculis meis. Nam polutionem propriam non fuiſſet abhominatus niſi vidiſſet decorem veritatis.

Septima quia habet fecunditatem in ſuo effectu. Nã regiones ei ꝓpinque ſunt fecundiſſime ⁊ probatur dupliciter.

Primo quia iſta regio eſt maxime hominum generatiua.

Secundo quia in illa regione eſt maxime generatio precioſorum ⁊ potiſſime auri Job. xxxvij capi°. Ab aquilone aurum venit. Iſta virtus eſt in beata vir. fuit eni͡z fecundiſſima ſuper fecunditates. Genuit enim vnu͡z. hominem qui regenerauit omnes homines prime pe. p°. capi. Qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem ex mortuis. ſapientie. vij. capi. Omne aurum in comparatione illius arena ẽ exigua ⁊ tanquam lutum extimabitur argentem in conſpectu illius.

Octaua quia habet pulchritudine͡z in ſuo aſpectu ⁊ ſunt duo ſigna.

Primum. quia homines regionis illius ſunt albi ⁊ decori aſpectu.

Secundo. quia animalia in illa regione ſunt multũ alba. vt vrſi. equi. lepores ⁊ vulpes. ⁊ albedo eſt color pulcherimus. Iſta virtus eſt in beata vir. Nam qui magis appropinquãt ſibi per fidem ⁊ deuotionem decorantur venuſtate virtutum. quia dicitur cant. vj. Pulchra vt luna electa. vt ſol. ⁊. iiij. ca. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt inte.

Nona quia habet fortitudinem in ſuo conatu. quia habet vim congelatiuam ⁊ ꝑ ꝯñs compaginatiuam membrorum. ex frigiditate. ⁊ iſta compago eſt cauſa fortitudinis in corpore organico ꝙ probatur dupliciter. Primo quia dicitur i arte phiſonomie ꝙ homines aquilonares ſunt fortes ſimiles vrſis propter propinquitatem fide. Secundo dicitur in eadem ſententia. qđ homines meridionales ſunt in debilles propter diſtantiam a polo ⁊ ab iſta ſtella. Iſta virtus eſt in beata vir. quia fideles ſuos fortificat cant. vj. ca. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Decima. quia regulat nauigates. nam cognita iſta ſtella per ad adamantem ⁊ ferrum in circulo cognoſcũt homines in qua plaga orbis ſunt aere quantumcunq͡z nebuloſo vt poſſint dicere. yſa. ix. ca. Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Iſta virtus eſt in beata vir. quia hominibus peregrinantibus in via mundi oſtendit. vbi ſunt ⁊ in qua plaga vt nõ errent in via peccati vel erroris Hieronymus. quia cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. vt. d. ſibi propheta. yſa. ix. capi. Ambulabunt gentes in lumine tuo ⁊ reges in ſplendore ortus tui. iõ per eã in terra ãbulabũt hoĩes inſatuatõe.

Undecimum miſterium de iſtius angeli introceſſione. ibi. ⁊ ingreſſus angelus ad eam. Dicit quidam doctor. O quam honeſta viſitatio vtilis ⁊ iocunda. Nam quid honeſtius q̃ ꝙ virgo ingrediatur ad virginem. Quod vtilius munus q̃ offerre ſibi donorum plenitudinem. quid iocundius q̃ viſitare ad ſaluandum perditum hominem. Ex quo actu accipiũtur quatuor chatolica documenta. vnde^m miſte^m

Primum ꝙ hec alma ⁊ regia virgo diligebat incluſionem. ideo dicitur ingreſſus angelus. Non enim reperit eam in platea aut in foro. Et bene. quia locus clauſus eſt locus orationis Math. vj. capi. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum ⁊ clauſo hoſtio ora patrem tuum qui videt in abſcondito ⁊ reddet tibi mercedem tuam. Sicut Judith. manebat clauſa. vt patet eiuſdem. viij. ca. Scđ͡z ꝙ diligebat ſolitudinẽ. Nã vita ſolitaria ẽ apta cõtẽplatiõi. Iõ ab angelo ſola inuẽta eſt. Et ideo chriſtus volens exaudiri in ſua oratione non ſolum a turbis verum etiam a diſcipulis receſſit. Luc. xx°. capi. Orate ne intretis in temptationem ⁊ ipſe auulſus eſt ab eis quantu͡z iactus eſt lapidis. Iõ. d. b.



Antonius abbas arſenio ⁊ machario. nõ eſt hic locus getis. ſ. patras vadamus ⁊c.

Secundum ꝙ vita clauſtralis que habet incluſionem ⁊ ſolitudinẽ reſpectu mundi eſt ſimilis conuerſationi angelice q ſemper vacant circa diuina. Jeronymus de aſſump. In carne preter carnem viuere non humana. ſed angelicha vita eſt.

Quartum ꝙ vita clauſtralis eſt ſimilis conuerſationi beatifice. Licet enim ſancti ſint beati in patria tamen quandoq͡z mittuntur huc. patet de ſancta agnete que ſuis parentibus apparuit. Et de multis. ſic clauſi contemplatiui interdum ſed raro de celis pro aliquali conſolatione ⁊ exemplo dando. Sed queritur quid faciebat virgo quando ab angelo fuit ſalutata. Et dicitur ſecundum quandam reuellationem factã ſancte heliſabeth. Quod beata virgo cum litteras didiciſſet cum aliis virginibus in templo ſub diſciplina ſcẽ ãne prophetiſſe legebat yſaiam prophetam in. vij. capitu°. Vbi dicitur. Ecce virgo concipiet ⁊ pariter filium ⁊cete. Et tunc intellexit ꝙ quedam virgo dei filium erat conceptura ⁊ paritura. Et ſic deſiderabat tantum viuere vt poſſet illius virginis eſſe ancilla. ⁊ ſic dum iſta tractaret angelus aduenit. Sicut heunuco eandem propheciam legẽti apparuit philippus act. viij. capi.

Duodecimum miſterium de angeli locutione. ibi. dixit. Et notandum ꝙ angelus non poteſt mentiri cum ſit confirmatus in gratia. ⁊ ideo cum quis credit angelum debet credere que dicit vera eſſe ⁊ nõ reſiſtere ſicut zacharias propter quod mutitatem incurrit. Circa declarationem huius miſterij notandum ꝙ quadrupliciter dictio habetur in ſacra ſcriptura.

Primo verbi ſupernaturalis. gñ. p°. capi. Dixit deus fiat lux. Quam dictionẽ refert Auguſtinus ad verbi generatione͡z eternam vt fuit oſtenſum.

Secunda verbi intellectualis ſecundũ quam vnus angelus loquitur alteri angelo. ⁊ ad inuicẽ inter animas ſeparatas. ſ. d p° zacharie. ⁊. capi. Curre ⁊ loquere ad puerũ iſtum. De ſecundo. yſa. vj. capitu. Duo ſeraphin clamabant alter ad alterum. Omnis autem clamor eſt locutio.

Tertia eſt imaginalis ſecundum qua͡z angelus loquitur in ſomnis Math. ⁊. ca. Angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph dicens ſurge ⁊ tolle puerum ⁊ matrẽ eius ⁊ fuge in egyptum. Jo. ſecundo capitulo. Defuncto herode. ecce angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph in egypto. d. Reuertere in iudeam defuncti ſunt eni͡z qui querebant animam pueri.

Quarta vocalis que ſenſu auditus percipitur. De qua dicitur. act. io. capitulo. De cornelio q vidit in viſu manifeſte in hora nona angelum dei introeuntem ad ſe ⁊ dicentem ſibi ⁊c. Nunc ad propoſitu͡z dictio Gabrielis conſtat ꝙ non fuit. vbi ſupernaturalis. quia illud verbum non eſt dicibile niſi ſolo eterno patri ſecũdum dionyſium lib°. de diui. no. Nec fuit dictio intellectualis vt creditur. quia licet angelus eſſet natus loqui intellectualiter. Tamen beata virgo de lege cõmuni pro ſtatu iſto non erat diſpoſita habere auditionem intellectualem cum intelligere ſit per conuerſionem ad fantaſmata niſi ſicut ceteri viatores. Nec videtur fuiſſe viſio imaginaria quia illa non requirit talem preſentia͡z corporalem qualis fuit oſtenſa per ingreſſum angeli. ⁊ ideo relinquitur ꝙ fuit dictio vocalis ad ſenſum particularem auditus. Sicut ipſa reſponſio virginis erat vocalis. Et fuit congruum vt in iſta beatiſſima collocutione eſſet verborum conformitas inter colloquentes. Sed queritur primo. Iſta dictio vocalis. ⁊ auditio vocalis ſibi oppoſita ſunt ignobiliſſime inter premiſſas. ⁊ tamen iſta collocutio videtur fuiſſe maxime venerabilis inter omnes collocutiones diuine ſcripture. Et dicitur ꝙ licet iſta collocutio ſit maxime materialis ẽ tamen certiſſima. quia auditio ſibi oppoſita eſt notitia intuitiua. Et talis certitudo magis fuit conueniens in propoſito quam gradus nobilitatis.

Secundo queritur ſi auditio virginis fuit tantum vocalis ⁊ non intellectualis vt eſt dictum. Tunc beata virgo non intel

lexit que dicebantur ab angelo. ⁊ ſic aſſen-
ſum voluntatis dare non potuit. ⁊ dicitur
ꝙ ipſa optime in tellexit verba uocalia an
geli ad ſe loquentis eo modo quo fantaſ-
mata in preſſa mouent intellectum poſſi-
bilem ad intelligendum exaudita verboꝝ
Non tamen illa motio dicitur intellectu-
alis locutio Nec paſſio auditio ſibi oppo³.
Tertio queritur in qua lingua locutus
eſt angelus verba iſta. Et dicitur ꝙ in lin
gua hebrai a. quia illam ſolam bea. virg.
didicerat. ⁊ in eadem nutriuit filium ſuum
ad loquendum in ſua in fantia Et ideo nil
mirum. iſta lingua eſt omnium ſacratiſſi-
ma. Quarto queritur quomodo ange-
lus potuit ſibi loqui linguam hebraicam
cum non haberet organum corporalem ⁊
cum ſit natura ſpiritualis. Et dicitur ꝙ an
gelus non apparuit ſibi in propria natu-
ra ſecundum quam eſt inuiſibilis corpora
liter. Sed in aſſumpto corpore in ſpecie vi
ri. Sicut idem gabriel apparuit danieli ta
men ſic diſpoſitus ex venuſto aſpectu. ſ. fa
cie rutilās ⁊ veſte coruſcans vt nullam bea
te virgini ſuſpitionē ingerere potuiſſet ⁊c.
Sequitur ſecunda pars iſtius lectiōis ⁊c.
Circa ſecundam partē principalem. ſ. de
angeli ⁊ b. vir. mutua collocutione notan
tur ſex particule.
Prima de angeli inceptione. ibi Aue
gratia plena dominus tecum. be. tu in mu.
Secunda de virginis alteratione ibi q̄
cum audiſſet turbata eſt ⁊c.
Tertia de angeli replicatione ibi ⁊ ait
angelus ei ne timeas. ⁊c.
Quarta de virginis interogatione. ibi
dixit autem maria ad angelum quomo-
do fiet. ⁊cetera.
Quinta de angeli ſolutione. ibi. reſpon
dens angelus. ⁊ cetera.
Sexta de. virginis conceſſione. ibi. di-
prima xit autem maria. ⁊cetera.
partic. Circa primam partem. ſ. de angeli ince
ptione quomodo incepit iſtam collocutio-
pri nū nem que continet quatuor miſteria.
miſte^m Primū de angeli ſalutatione cum di
citur aue. qd̄ ē verbū ſalutationis. Et no
tandum quomodo iudei fingentes ſe xp̄m
ſalutare. d. Aue rex iudeorū Math. xxvij.
capi. aliquando eſt littera. i. Prima al-
phabeti. aliquando ſillaba. aliquando eſt
dictio. vt ibi a domino factū eſt iſtud. pſa.
lis. Mettro. xx. Et notandum quādo iſtud
verbum a. quando eſt dictio ⁊ ſillaba acci-
pitur quatuor modis in ſcriptura.
Primo vt ſit nota cauſationis vt i ſer
vbi ſupra. Eſt enim ibi nota cauſe efficien
tis. Secundo modo vt ſit nota largitio
nis ſicut in tertio regum. ij. capi. d. Adoniā
berſabee tranſlatum eſt regnum ⁊ factum
eſt fratris mei a domino enim conſtitutū
eſt. Tertio modo vt ſit nota inceptionis
ſicut cant. vj. ca. Auerte oculos tuos a me.
Auerſio enim deſignat viſionis detractio
nem. Ad propoſitum iſtud. A. poſitum in
ſalutatiōe poteſt intelligi iſtis quatuor mo
dis. Primo vt ſit nota cauſationis vt
intelligatur aue. i. a maledictione. q: male
dictio fuit cauſa felicitatis. b. virg. Ex eo
q: propter peccatores redimēdos filius dei
ex ipſa voluit incarnari. vt maxima culpa
a de fiat maxima felicitas. b vir. vnde di-
cit ei eccleſia frequenter. Sumāt per te pre-
ces qui pro nobis natus tulit eſſe tuus.
Scdo vt ſit nota largitionis. iuxta apo
ſto. Ro. iiij. capi. vbi habundauit delictū
ibi habundauit ⁊ gratia. Jō dicit Jerony.
ſuper Math. qui ꝓpter peccatores vene
rat de peccatricibus naſcens omniū pec
cata deleret. ⁊ ideo. b. virgo pp aue paren-
tum occaſionaliter meruit talem habere fi
lium. Tertio vt ſit nota in choationis
Tēpus legis reſpectu ad tempus gratie fu
it tempus maledictionis. Et ſic tēpus gra
tie incepit a tempore legis ſicut dies a no-
cte in incarnatione verbi. Jdeo dicit ange
lus aue. quaſi dicat hic incipit gratia ⁊ fi-
nit maledictio Auguſti. in ſermone Male
dictio eue in benedictione mutatur marie.
Quarto vt ſit nota remotionis. aue. i. ſi
ne ve. quia eua cum ſuis ſequacibus habu
it tria ve que terminauit aquila apoca.
viij. capi. Ve ve. ve habitantibus in terra.
Primū fuit. q: cū corruptione cōcepit.
Secundum. q: cum langore portauit.
Tertium q: cū dolore peperit a quibus



tribus ve fuit immunis. b. vir.
Primo quia cōcepit ſine corruptione:
Scdo q: cōceptū portauit ſine afflictiōe.
Tertio peperit ſine dolore. ya. vltio ca.
Anteꝗ parturiret peperit. Et notandum
ꝙ in iſto aue mutatum fuit nomen eue ab
angelo modo contrario litteras ordinan-
do quod factum eſt cauſa ſeptuplici.
Prima q: ſicut eua corruit per ſtultici
am credens ſerpenti in preuaricatione ſedu
centi. Jta maria erecta per ſapiam incōce
ptione credidit anūciāti. vt infra patebit diſ
ſerens cum angelo. Secunda q: eua ce
cidit per ſuperbiam Cum deitatem petijt.
Jta maria inclinata per humilitatem ve-
ram ancillam domini ſe cognouit. d. ecce
ancilla domini ⁊c. Tertia. q: eua per in
obedientiam tranſgreſſa eſt. Jta maria per
obediam mater domini facta eſt. fiat mihi ſe
cundū verbum tuum. Quarta. q: eua
raucorat ura ſerpēti credidit. Jta maria be
nigniſſime angelo credidit. Jō heliſabeth
exclamauit vbi thema. ⁊ beata que credidi
ſti ⁊c. Quinta. q: ſicut eua cecidit per in
continentiam. Jta maria erecta eſt per cō-
tinentiam. d. Quomodo fiet iſtud quoniā
virū nō cognoſco. Sexta. q: ſicut eua
fuit principium ⁊ cauſa mortis. Jta maria
eſt principium ⁊ cauſa vite. Jo. i. ca. Ego
ſū reſurrectio ⁊ vita. Septima. q: ſicut
ſerpentem credendo exaltauit. Jta maria
contēpnādo diſſipabit Auguſti. in ſermōe
natiuitatis vir. b. Aue inquit angelus ad
eam gratia plena dominus tecum. Jmple
ta eſt g° maria gratia ⁊ eua euacuata eſt a
culpa maledictio eue in benedictione mu
tatur marie. De iſta muliere dicit domi-
nus ad ſerpentem. gn̄. 3°. ca. Jpſa conteret
caput tuum. ⁊ nomen eue a contrario an-
gelus mutauit auertēte litteras ⁊ dicit eua.
Sed queritur iſtud aue fuit prolatum ab
angelo locutiōe intellectuali aut ſenſibili.
Et dicitur Sicut apparitio angeli fuit cor
poralis. Jta ⁊ locutio fuit vocalis. lȝ enī
intellectualis locutio ſit altior non tamen
ita conueniens ꝓ ſtatu in quo erat. b. vir.
Secūdū Secundum miſterium de virginis co-
m. ſtᵐ mendatione. ibi. gratia plena. Comenda-
tio eſt laus: laus vero ſermo elucidans ma
gnitudinem virtutis. Gratia vero virtus
ſuppꝛema. ⁊ ideo iſta comendatio fuit ſup
prema ⁊ alta. ⁊ dicit plena. quadrupliciter
dicitur vas plenum. Primo ſecundū
ſue capacitatis augumentum. q: habet de
cōtēto non quantū poteſt capere ſed quā
tum cōgruit eius capacitati vt patet in na
ui onerata ⁊ plena mercantijs non quan-
tum poteſt ſed quantū debet propter pe
riculum maris. ⁊ in curru onerato ⁊ ple-
no non quantum poteſt ſed quantum de-
bet pro labore boum. Secundo ſecun
dum ſue capacitatis ſufficientiam vt patet
in omni menſura quando vas eſt plenum
vſqȝ ad ſignum tunc habet ad ſufficientiā
pro illa menſura. Tertio ſecundum ſu-
am totalem continentiam. ⁊ ſic eſt plenū
vas quando plus capare non poteſt.
Quarto ſecundum ſue capacitatis re-
dundantiam. vt puta quando vas eſt ple-
num quantum capere non poteſt quando
totum ſuperfluum extra emitit. De cuius
contrario dicitur eccl. p°. capi. Omnia flu-
mina intrant in mare ⁊ mare non redun-
dat. Nunc ad propoſitū quatuor ſunt gra
dus ſpirituum creatorum. qui dicuntur va
ſa in ordine ad gratiam diuinam cuius ſūt
receptacula.
Primus gradus eſt de ſanctis anima
bus que replentur gratia ſecundum ſue ca
pacitatis congruentiam. Quia habent de
gratia quantum congruit ſed nō quantū
capere poſſunt. ſecundum iſtum modū de
act. vj. ca. Stephanus plenus gratia ⁊ce.
2ᵉ. corin. xij. capi. Sufficit tibi gratia mea.
Secundus gradus eſt de ſanctis ange-
lis qui repleti ſunt ſecundum ſue capaci-
tatis ſufficientiam. Sic ꝙ illi qui ſunt na
tura perfectiores ſunt potentiores in gr̄a.
Tertius gradus habetur i virgine glo
rioſa que fuit repleta gratia ſecūdū ſuā to
talē cōtinētiā vt plus cape nō poſſet Jero.
Ceteris p ptes marie āt totius gr̄e i ſe ha
buit plenitudinē. ⁊ ideo. dicitur plena.
Quartus gradus fuit i ſacratiſſima aīa
xp̄i que fuit plena ſecundum ſue capacita-
tis redundantiā. q: redundat in tota eccl̄ia.

Jo.p°.capi. De plenitudine eius nos om
nes accepimus ꝛ gratiam pꝛo gratia. Iſto
tandum circa tertiam repletionem ꝙ vas
illud ꝙ eſt plenum quantum capere poteſt
nõ põt ita leuiter iclinari gn ſtatiꝫ emittet
de ſua repletione. ꝛ iſto modo beata vir
go cum ſit plena gratia non poteſt ita pa-
rum inclinari ad preces clamantium quin
ſtatim redundet in nos ſuam gratiaꝫ ꝛ po
tiſſime eſt plena beata virgo.

¶ Et pꝛimo candoꝛe virginali:
¶ Odoꝛe virtuali.
¶ Splendoꝛe ſapientiali.
¶ Dulcoꝛe clementiali.
¶ Rigoꝛe conſtantiali.
¶ Amoꝛe ſeraphicali.
Merede imperiali.

De pꝛimo ſapientie ſeptimo capi. Con
doꝛ eſt lucis eterne ꝛ ſpeculum ſine macu
la. De ſecundo cant. pꝛimo capi. Dum eſ
ſet rex in a cubitu ſuo nardus mea dedit
odoꝛem ſuum. De tertio abacuch tertio
capi. Splendoꝛ eius vt lux erit coꝛnua in
manibus eius. De quarto dicit eccleſia.
O clemens o pia o dulcis maria. De qn
to pꝛouerbioꝛum.3i.ca. Foꝛtitudo ꝛ decoꝛ
indumentum eius vltimo capi. Mulierez
foꝛtem quis inueniet cant. vi. capitu. Ter
ribilis vt caſtroꝛum acies oꝛdinata. De
ſexto vgo libro de cõiugio beate virginis.
quia in coꝛde eius amoꝛ ſpiritus ſancti mi
racula faciebat. De ſeptimo Auguſtinus
filius dei ad implet mẽtem ad implet ꝛ vẽ
trem. Sed pꝛimo queritur. Angelus ꝑ
mo protulit aue gratia plena: Poſte a di
cit ſpiritus ſanctus ſuperueniet inte. Iſte
aduentus ſpiritus ſancti. Non fit ſine gra
tie in fuſione. Et ſic non fuit plena in pꝛi
ma pꝛolatione quando dicit Aue gratia
plena ſecundum ſuam totaꝫ capacitatem.
Et dicitur ante ſecundum ſuam ſanctifica
tionem fuit plena gratia ſecundum ſue ca
pacitatis continentiam. ꝛ poſtea ſecundũ
ſuam totalem continentiam. quia pꝛo illo
pꝛimo tempoꝛe ſecundum pꝛemiſſa fuit di
ctum aue ꝛcete.

Secundo queritur. quia mater domi
ni fuit cum alijs quibꝰ datus fuit ſpiritus
ſanctus in pentechoſtẽ. ꝛ ſic videtur ipſam
accepiſſe. ꝛ per ꝯſis creuiſſe in gratia que ẽ
donum pꝛecipue ſpiritus ſancti. Quomo
do ergo plena quando audiuit gratia ple
na. ꝛ quando audiuit ſpiritus ſanctus ſup
ueniet inte ꝛ virtꝰ altiſſimi obũbꝛabit. t. Et
dicitur licet foꝛte ſpiritus ſanctus non fue
rit ei datus ſecundum affectionem habi
tualem. Tunc eo quia vltimate fuit gratifi
cata in ſecunda ſanctificatione. Tamen de
ne ſecundum appoſitionem actualem que
nihil auxit i gratia. qꝛ vltimate erat aucta.

Tertium miſterium de diuinali coniũ tertium
ctione. ibi. dominus tecum. Iſta dictio te miſteꝰ
cum eſt nota coniunctionis. non dicit inte
ſed tecum: vt non in habitatione ſed ma
gis cooperationem ſignificare videretur.
Quam tota trinitas in incarnationis mi
ſterio ſancte dei genitrici fuit cooperata.
quod tecum ſignificatur pꝛo illo dicente
Petro vado piſcari. Reſponderũt alij di
ſcipuli Jo.p°.capi. Venimus ꝛ nos tecũꝫ
Eſt tamen notandum ꝙ tota trinitas ſin
gulariter ꝛ miraculoſe fuit operata in bea
ta virgine quadruplici operatione quam
perficere non potuiſſet per ſemetipſaꝫ ſine
tali miraculoſo concurſu.

Pꝛima operatio fuit coꝛpoꝛis xp̄i con
ceptio. Conſtat enim xp̄ꝫ conceptum expu
riſſimis ſanguinibus. b. vir. ſecundum dio
ny. li. de di. no. quod fieri non potuit per
virtutem virginalem. Sed operante deo
in. b. virgi. talem materiam miniſtrando
vt transferendo ad locum generationis ibi
reciperetur in vaſe in quo ſolet coꝛpus hu
manum foꝛmari. que receptio dicitur eſſe
pꝛopꝛie conceptio. quia talis tranſlatio ꝛ
receptio de cõmuni lege non fuit ſine polu
tione. ꝛ ideo miraculum fuit ad vitandum
talem contagionem. Secunda fuit ge
neratio coꝛpoꝛis xp̄i poſtꝙ materia illa fu
it in loco conuenienti repoſita. quia poten
tia generatiua mulieris non ſufficit ad foꝛ
mationem humani coꝛpoꝛis niſi concurrẽ
te virtute ſeminis humani hominis. vbi lo
co illius virtutis interuenit ſpũs. ſ. v̄tus.

Tertia fuit coꝛpoꝛis xp̄i augmentatio in
ipſo vtero. Quia ex quo xp̄s fuit cõceptus



naturaliter beata virgo potuiſſet ſibi mi
niſtrare materiam alimenti ſicut alie ma
tres fetibꝰ ſuis. Et aia chriſti glorioſiſſima
ſam in fuſa coꝛpoꝛi ſuo poſſꝫ ex tali mã illõ
coꝛpuſculum vegetare tamen ad moderan
dum illud augmentum ne procederet ul
tra debitum terminum quantitatis eo
quia chriſtus plus fecit in vtero matris
quam ceteri fuit in ea virtus ſpiritus ſcti.

Quarta fuit exhibitio coꝛpoꝛis chriſti
per partum. quia licet virgo ſupernaturalẽ
conceptionem potuiſſet parere per naturã.
Non tamen permanẽs v̄go cum perfecta
integritate. ꝛ ideo ad hoc vt chriſti coꝛpus
exiret de virgine ipſa integra permanente
non potuit fieri niſi concurrente virtute
ſpiritus ſancti cum ipſa beata v̄gine actu
miraculoſo: ꝛ propter iſtum concurſum
quadruplicem quo fuit a domino adiuta
.d. ei angelus. Dominus tecũ. iuxta illud
pſa. 1o8. Metro. 4. Tecum pꝛincipium in
die virtutis tue. Quia virtus pꝛimi pꝛinci
pij fuit cum beata virgĩe in die iſtius bene
dicte incarnationis in qua eius v̄tus fuit
mirabiliter executa ſecundum pꝛemiſſa

Sed queritur pꝛimo. pꝛima enim cã cõ
currit in actione cuiuſlibet ſecunde cauſe
ſecundũ regulam theologorum ꝛ ideo nõ
videtur fuiſſe miraculum quod cõcurrerit
in iſtis actibus cum beata virgĩe. Et dicit
quod in ceteris actionibus communiter con
currit pꝛima cauſa per modum agentis
vniuerſalis. hic autem concurrit non ſolũ
per modum agentis vniuerſalis ſed etiam
per modum agẽtis particularis ꝛ hoc fuit
miraculum vt ſupleret vicem ſecũde cauſe.

Secundo queritur. quomodo concurre
bat per modũ cauſe particularis ipſa pꝛi
ma cauſa ꝛ quare. Et dicitur quia deficie
bat altera cauſarum particularium ꝛ ideo
ſupplebat vicem deficientis. quia ad hoīs
generationem naturaliter non ſufficit mu
lier ſine viro. Sicut in generatione diei
non ſufficit aer ſine ſole ꝛ ideo ſi deus face
ret diem ſine ſole in aere tunc ageret per
modum cauſe particularis ſupplendo vicẽ
ſolis ſic i pꝛopoſito foꝛmauit coꝛpus chriſti
ſine homine.

Quartum miſterium de ſingulari bene
dictione. ibi. benedicta tu in mulieribus.
Non dicit benedicta tu ſuper mulieres. qꝛ
tunc eſſet clarum quod dicit ſed in mulieri
bus ad de notãdum miſterium. Eſt tamẽ
notandum quod iſta dictio. In habet in
diuina ſcriptura ſeptemplicẽ intellectum.

Pꝛimus eſt nota cauſalitatis. ſicut fuit
pꝛomiſſum habre gñ. 22. c°. In ſemine tuo
benedicentur omnes gentes quia. ſ. ſemen
habrae fuit cauſa benedictionis omnibus
gentibus. ſ. in xp̄o ſicut dicit apoſtolus.
Et iſto modo poteſt intelligi benedicta tu
in mulieribus. qꝛ ipſa fuit cauſa benedictio
nis omnibus mulieribus. quem admoduꝫ
eua fuit cauſa maledictionis. Auguſtinus
in ſermone. Maledictio eue mutatur i be
nedictionẽ marie.

Secundus eſt nota effectualitatis. Si
cut dicit ſanctus Raphael Thobie vj. ca.
Accipies virginem cum timoꝛe domini vt
in ſemine habrae benedictionem conſequa
ris in filijs. Quemadmodum patres ſolẽt
benedicere filios. Et ſecundum iſtum mo
duꝫ. b. vir. eſt benedicta in mulieribuſ. i. in
ſacris virginibus quarum ipſa eſt mater
virtutis. ſicut laudatur doctoꝛ in optimis
diſcipulis.

Tertius eſt nota remotionis. ſapientie.
viij. capi. Cum eſſem magis bonus perue
ni ad coꝛpus in coinquinatum id eſt non
coinquinatum. vt ſit ſenſus benedicta tu
in mulieribus. i. pꝛeter ceteras mulieres
que ita ſunt maledictioni eue ſubiecte vt
nulla poſſit concipere ſine maledictione
coꝛruptionis nec parere ſine maledictione
afflictionis. Sed beata virgo ſecundum
Auguſtinuꝫ. in letitia dominũ parturiuit.

Quartus eſt nota appoſitionis. Apoca.
xvij. capitulo. Mulier erat circumdata pur
pura ꝛ coccino ꝛ in aurata auro. Et eſt
ſenſus in mulieribus. i. vltra mulieres ali
as. Auguſtinus. O femina ſuper feminas
benedicta.

Quintus eſt nota ſingularitatis. pꝛimi
regum. xi°. capitulo. Quis in omnibus ſi
cut dauid fidelis ingrediens ꝛ egrediens ꝛ
pergens ad imperium regis. ꝛ ſic eſt ſenſus

E

in mulierib⁹.i.ſingulari modo inter cete
ras mulieres.quia ex ſingularitate fuit ma
ter ⁊ virgo.

Sextus eſt nota mediationis.geñ .13°.
capitulo.Ne ſit iurgium inter me ⁊ te.4ᵗ.
Re.iiij°.capitu. In medio populi mei ego
habito.Et eſt ſenſus benedicta tu in mu
lieribus.i.medio mulierum.quia.ſ.omnes
mulieres ſunt benedicte propter iſtam be
nedictiſſimam.tanquam a medio. Sicut
deus poſuit cor in medio animalis ad in
fluendum vitam omnibus membris ⁊ ſo
lem in medio planetarum ad illuminan
dum vniuerſa.

Septimus eſt nota intimitatis Jo.xiiij.
capitulo.Ego in patre meo ⁊ vos in me
⁊ ego in vobis.Et eſt ſenſus in mulieribus
.i.in intimis mulierum precordiis duz per
cipiunt tanti honoris beneficium:vt ſit re
latio ad maternitatem filij dei ſublimanti
tis.⁊ hec potiſſima cauſa . quia mulieres
venerant ab hominibus. In cuius figura
tantum honorauit virgam zacha.xi capi.
Tuli virgam meam que vocabatur de
cus ⁊ abſcidi eam vt irritum facerem fe
dus meum quod percuſſi cum omnibus
populis.

Sed queritur primo.quare in ſalutatio
ne angelica non perficitur illa ſalutatio q̄
frequentat eccleſia. In qua adiungitur ⁊
benedictus fructus ventris tui. Et dicitur
q̄ iſtud appoſuit ſancta heliſabeth.quan
do fuit a bea.vir.ſalutata. Et vtraqz pars
ſalutatio ſed ab angelo inchoata ⁊ a ſan
cta heliſabeth perfecta.⁊ ſic hec oratio eſt
deuotiſſima.

Secundo queritur.que portio.iſtius ſa
lutationis fuit precipua ab angelo vel ab
heliſabeth prolata. Et dicitur de appoſi
to ſancte heliſabeth.continet laudes chri
ſti.Et ſalutatio angeli continet laudes ip
ſius bea.vir. Et ideo quanto perfectius
eſt laudare filium quam eius matrem.Tā
to portio ſecunda eſt melior. Et ſi dicitur
q̄ ab excellentiore perſona debent eſſe lau
des ſublimiores. Dicitur q̄ laus ſancte
heliſabeth debet refferri ad perſonam ſpi
ritus .ſ.qui in ipſa loquebatur.

Circa ſecundam particulam que eſt de ſecūda
virginis alteratione ibi que cum audiſſet p̄ticu°
turbata eſt notantur duo miſteria.

Primum eſt de bea. vir.turbatione.
ibi que cum au.tur.eſt in ſer.e. Et ſi dica p̄im̄ miſte°
tur q̄ angelica ſalutatio nō preſtitit ei ma
teriam turbationis cum eſſet gratiſſima.
Ideo fruſtra fuit turbata . Et dicitur q̄
non fuit turbata turbatione tri. Quia hic
nullum erat turbationis obiectum.nec odi
bile.Sed turbata.i. alterata ⁊ in admira
tione ſuſpenſa.quia angelus in ſalutatio
ne ita laudabat eam. Audit tacens ex mo
leſtia turbatur ex verecundia cogitat ex di
ſcreta prudentia. Eſt autem notandum q̄
quatuor ſunt animi perturbationes quas
deſcribit beatus Auguſtinus lib° de ciui
tate dei.

Prima eſt metus.homo in timore po
ſitus non poteſt eſſe mente quietus.pe. 13.
Metro.v.Timor ⁊ tremor venerunt ſup
me.⁊ contempſeruut me tenebre.

Secunda cupido. Nam cupidus non
poteſt eſſe in oratiōe regulatus Math. vi.
capitulo.Ubi eſt theſaurus tuus ibi eſt ⁊
cor tuum.

Tertia eſt gaudium . Quia homines
gaudioſi non ſunt in ſe recollecti. Et ideo
riſus qui eſt nota gaudij eſt etiā nota ſtul
titie.prouerbiorum.xiiij.capitu. Extrema
gaudii luctus occupat.

Quarta eſt dolor.quia homo in dolo
re poſitus non eſt compos ſue mentis.pri
mi.Re.p°capitu. Mulier infelix ego ſum
nimis ex multitudie doloris ⁊ meroris mei.
Ad propoſitum bea.vir.

Primo non fuit turbata ratione dolo
ris.quia ibi nullum triſtabile.

Secundo nec propter gaudium interi
us.quia non eſt diffuſiuuz ſicut de ſenſibi
libus.⁊ ideo non eſt turbatiuum.

Tertio nec propter concupiſcentiam.qꝛ
concupiſcentia cariſmatum reſpectu obie
ctorum eſt directiua.

Quarto nec metus vel timor.quia per
fecta charitas qualis fuit in bea. vir. foras
mittit timorem prime. Jo iiij.capitu. Ni
ſi forte quis dicit Quod mens virginea ex



ſtatu ſue innocentie eſt formidoloſa. Et
ideo repentina ⁊ alta allocutio fecit eaz pa
uidam ante conſiderationem profundam.
Et ideo dicit angelus.Ne timeas ⁊c.i.nō
ſis alterata ex admiratione. Iſtis premiſſis
vt clare ſtat ortus iſtius turbationis . Eſt
notandum q̄ quatuor fuerūt cauſe ſubor
dinate ex quibus orta fuit hec turbatio.

Prima fuit nouitatis repreſentatio.qꝛ
iſta ſalutatio fuit ei noua ⁊ incogitata. Cū
cogitaret de famulatu ſe humiliando.⁊ au
diret de maternitate deum generando.ecce
concipies in vtero ⁊ paries fi.

Secunda fuit vehemens attentio ex no
uitate audita. Ideo dicit. Quomodo fiet
iſtud quoniam virum non co.

Tertia fuit profunda admiratio ex no
uitate inconſueta. Spiritus ſanctus ſup
ue.in te.⁊ vir.al.ob.t.Nam in eccipſi ſo
lari admiratur natura.

Quarta fuit ſubita ſtupefactio in tam
varia mutatione. Quod naſcetur ex te ſan
ctum vo.fi.d.Nam admiratio rei tranſcē
dentis gignit ſtuporem.ex quibus dictis ſe
cuta fuit turbatio i anima bea.vir.per mo
dum ſtuporis. Stupefatio enīz mouet mē
tem vt non ſit in ſe ſedata. Ideo dicitur.
Que cum au.tur eſt in ſermone eius ⁊ co.
q.eſ.iſta ſalutatio.vel quia laudes de ſe nō
libenter audiebat. Quia erat ad humilita
tem prona.

Secundum miſterium de bea.vir. con
ſecūdū ſideratione.ibi.cogitabat.q.eſ.illa ſal . In
miſte° quo notatur bea.vir.prudentia. ⁊ confir
matur. Luc.2°.capitulo. In quo viſis mi
raculis factis in chriſti natiuitate dicitur
de bea.vir. Maria autez conſeruabat om
nia verba hec conferens in corde ſuo.ex quo
eliciuntur quatuor deuota documenta.

Primum eſt q̄ bea.vir. fuit multum
meditatiua cogitabat qualis eſſet iſta ſalu.
⁊c. Et iſtud eſt primum ſignum ſapientie.
Quia frequens meditatio circa diuina ge
nerat ſapientiam. Sicut frequens medi
tatio circa humanā prudentiam. Cum fre
quentia actuum circa ſuum obiectum ge
nerat habitum.

Secundum q̄ erat multum rationati
ua.quia dicitur . vbi ſupra.erat conferens
in corde ſuo. Iſta enim collatio fit per
